wt-trecken met ghe-weld. Erumpere, egredi cum impetu.

Wt-vaeghen/wt-vēghen. Extergere, euerrere.

wt-vaeghen den pot. Exſiccare poculum,exhaurire,ebibere: ſiccare calicē.

wt-vaeghſel. Quiſquiliæ,purgamēta.

Wt-vaerd. *vetus.* Egreſſus,exitus.

wt-vaerd. Exequiæ,funus,inferiæ,ſolennia funerum: iuſta,iuſta exequiarum,iuſta funebria,pompa funebris, dici ſupremæ celebritas : officia ſuprema. *ab* **wt-vaeren.** euehi,efferri: *cadauer enim efferri dicitur, quum funus celebratur, aut dum ſepelitur. q. d.* extra vrbē ferri: *ſiquidem apud veteres ſolebant extra vrbem ſepeliri. vide* **Godſ-acker.**

wt-vaerd voor ouders/vrienden ende maeghen. Parentalia.

wt-vaerd ve-ſchicker. Libitinari⁹: qui neceſſaria ad funebrē pompā ꝓcurat.

wt-vaerd houden. Iuſta facere, iuſta funebria agere, funebre obſequium exequi,ſoluere ſuprema: parentare,

wt-vaerd-mael-tijd. Epulū ferale,epulæ ferales, epulum funebre, epulum parentale.

wt-vaeren. Efferri,extra ferri,euehi,extra vehi.

wt-vaeren. Exire,egredi.

Wt-val. Excurſio militum,eruptio.

wt-vallen. Excidere.

wt-vallen. Erumpere,eruptionem facere in hoſtem è caſtris vel vrbibus.

wt-vallen. Defluere.

wt-valligh hayr. Defluus capillus.

wt-vallinghe des hayrs. Defluuium capillorum,alopecia.

Wt-veghen.j.wt-vaegen. Extergere.

Wt-ver-koopen. Diuendere.

wt-ver-kooper. Propola, minutarius negotiator, qui à ſolidariis coempta pluris vendit.

Wt-ver-kozen. Electus, delectus, exquiſitus.

Wt-ver-leſen. Eligere,ſeligere.

Wt-vlieden. Effugere.

Wt-vlieghen. Euolare.

Wt-vlieten. Emanare,effluere.

Wt-vloed. Effluentia,effluctus.

wt-vloeden. Effluere,effundi.

Wt-vluchte. Effugium.

wt-vluchten. Effugere.

Wt-voeren. Euehere,efferre,educere.

wt-voeren. Exequi,exigere,perficere.

Wt-wachte. Procubitores qui noctu cuſtodiæ cauſa extra caſtra excubāt.

Wt-waepen. Vento efflare,vento extinguere. & Vento effiari, vēto extingui.

Wt-waerts. Extrorſum,extrinſecus, externè ab exteriori parte,verſus exteriorem partem.

Wt-waſſchen. Eluere.

Wt-waſſen. Excreſcere.

Wt-weenen.j.wt-krijten. Efflere.

Wt-wegh. Locus auius.

wt-weghigh. Auius,a,um.

Wt weghen. Expendere.

Wt-wendigh. Exterior,externus: & Extrinſecus.

wt-wendige ge-ſtelteniſſe. Superficies.

wt-wendigh. *germ.ſax.ſic* Memoriter.

wt-wendigh. Amplus,magnificus,ornatus,ſuperbus : exteriore ornatu ſe venditans:luxurioſus: veſtiū ornatu modum excedens.

Wt-wendighheyd. Amplitudo, magnificentia, ſuperbia: luxuria, luxurioſus cultus.

wt-wendighheyd. Superficies, ſuperior pars cuiuſque rei, & facies quæ exterius oculis cernitur.

wt-wendighlick. Externè, extrinſecus, ab exteriori parte: & Extrorſum.

wt-wendighlick. Amplè, magnificè, ſuperbè.

Wt-werck. Effectus.

wt-wercken. Efficere, perficere.

Wt-werpen. Eiicere, proiicere.

wt-werpen de kullen. Exerere teſtes, virilia exſecare: caſtrare.

wt-werpelinck. Reiiculus.

wt-werpinghe. Eiectio, eiectamen.

wt-werpſel. Eiectio, eiectamen, eiectamentum, retrimentum, egeſtio, excrementum.

Wt wieden.j.wieden. Runcare, ſarrire.

Wt-wijſen. Demonſtrare, ſignificare exactè. **Nae het wt-wijſen.** Ex præſcripto: ad normam: lege, formula: ſecundum legem, normam, formulam.

Wt-winnen. Euincere, vincendo extorquere.

Wt-wiſſchen. Extergere, euerrere, expungere, diſpungere, eradere, delere, eluere.

Wt-wozpen.j.wt werpen. Eiicere.

Wt-wozſtelen. Fluctuari.

Wt wozteten. Fradicare.

Wt-wzpuen. Exterere, expungere.

Wt-wzinghen. Extorquere, exprimere.

Wten epnden. Finire.

Wten/wt-ſpzeken. Eloqui, eſſari, enuntiare, edere, explicare, explanare, proferre, exprimere, pronuntiare, publicare. *ang vtter.*

wten het vonniſſe. Pronunciare iudicium.

Wterlick. Extra, externè, extrinſecus: exterior, externus. & Penitus, planè, prorſus. *ang vtterly.*

Wterſte. Extremus, extimus, vltimus, nouiſſimus: ſupremus.

wterſte. Suprema, orum: ſupremum vitæ tempus: mors.

wterſten dagh. Summus dies: & Dies extremi iudicij.

Wterſten wille. Suprema voluntas, extrema voluntas, teſtamentum: ſupremæ tabulæ: mandata ſuprema: codicillus: elogium: ſcriptura vltimę voluntatis.

VV u

Woeden.j.woeden. Furere.

Woelen.j.woelen. Tumultuari.

Woepelen. *ſland.vet.* Vociferari, exclamare.

Woeſt.j.woeſt. Vaſtus, ſqualidus.

Wolle. *ſland.j* **wolle.** Lana.

wollen/wollen. Laneus.

Wolpe/welpe. Catulus, catellus. *ſax. woelpe. ang whelpe.*

wolpe van den leeuw. Schymnus.

wolps. Temerarius, inconſideratus, diſſolutus, laſciuus inſtar catuli.

wolps zijn. Iuuenari, temerè & inconſideratè iuuenũ more aliquid agere, iuueniliter laſciuire, iuueniliter ſe gerere: vitulari.

wolpſ-heyd. Iuuenilis temeritas, petulantia, laſciuia.

wolpſchelick. Temerè, inconſideratè, petulanter, more iuuenum.

Woluen/woulfſel.j.weluen.welſel.

Woumme *vetus ſax.j.* **wonne.** Gratia.

Wurghen/wurm/wurp/wurſt/wurtel/ *&c.* **j. wozghen/wozm/wozſt/wozrel/** *&c.*

Y

Ydel / yeghelick / yemand / yſe / yuer / *&c. vide* Idel / ieghelick / iemand / ijſe / iuer. *&c. literæ.*

Z

Zebolle / zedel / zeghe / zeker zitteren / *&c. vide* Zebolle / cedel / cege / cerren / citteren. Zee / zeer / zeemer / zickel / zijde / zijn / *&c. vide* See / ſeer / ſeemer / ſickel / ſijde / ſijn / *&c. Hæ plane ſimiles vocæ. ab* Y *&* Z *incipientes, ſi aut* C *aut* S *hic ſcribendæ ducimur, ex inueniendi ratio ſit facilior.*

APPENDIX PEREGRINARVM, ABSVRDARVM, ADVLTERINARVMQVE DICTIONVM.

C. Kilianus Lectori.

HACTENVS inter dictiones vernaculas ac merè Teutonicas, aliquot exoticas, assiduiore vsu nobis nunc quodammodo communes, à vulgo passim receptas, & in Teutonicam adscitas admissasque coloniam, promiscuè collocauimus & enucleauimus: Nunc reliquas, malè Latinas, Gallicas, Italicas, Hispanicas, ac cuiuscunque denique farinæ, seorsum, ordine continuo, ad calcem libri, Appendicis loco, breuiter commodeque addendas reputauimus, vt hac etiam opella studiosis prodesse possimus.

A

Abandon. Indulgentia, licentia.
abandonneren. Deserere, destituere, derelictui habere.
Abbreuiatie/abbreuiature. Nota compendiaria: compẽdium lectionis aut scripturæ.
Abricock. Armeniacum malum.
Absolueren. Absoluere, eximere noxę, pœnæ.
absolutie. Absolutio, liberatio à crimine, noxâ, pœnâ.
absolut. Absolutus, perfectus.
Abus/abuys/abusie. Abusus, error: & Frustratio, impostura.
abuseren. Abuti: & Frustrari, fallere: & Falli, errare.
Accent. Accentus, tonus. (pulari.
Accepteren. Accipere, suscipere. & Sti-
Accident. Accidens, accidẽtia, euentus: & Symptoma: id quod morbo accidit: passio, pathos.
Accointãtie. Familiaritas, cõmercium.
Accollade. Amplexus.
Accoꝛd. Consensus, cõsensio: assensus, assensio, conuentio: & Pactio, transactio, condictum.
accoꝛd bã ghe-luyd. Symphonia, harmonia, consonantia, concentus.
accoꝛderen. Concordare, concordem esse, consentire, conuenire, assentiri, concedere, respondere, contonare.
Accoutreren. Adornare, aptare, comere, instruere, ornare, concinnare.
Achauteren/achauten acouten/acouteren. Auscultare. & Prospicere, animaduertere: & Insidiari.
acouter. Explorator, coryczus.
Acket. j. aket. Insidiæ.
Acte. Actio, actum, factum, perpetratio.
acte van t'võnis. Acta litis decretoria.
acte. Senatusconsultum: sententia, decretum.
acte. Auctoritas cõsignata: & Tabulæ, memoria publica.
Actie. Actio, dica, condictio. & Ius persequendi in iudicio.
Adieu. Vale.
adieu seggheu. Valedicere, iubere aliquem valere.
Adꝛesse. Compendium, iter compendiosum. **Bꝛieuen van adꝛesse te houe.** Diploma curiæ inscriptum.

adreſſéren. Deducere in viam.

Aduenant. *q.d.* Aduenies, conueniens. **Mae aduenant.** Pro rata parte, pro rato, conuenienter.

Aduertéren. Commoneſacere, monere, indicare, nuntiare.

aduertiſſement. Monitum, monitio, ſignificatio.

Aduijs/aduis/auijs. Sentẽtia, ſenſus, opinio, conſilium, iudicium, arbitratus, ratio: & Atteſtatio. & Monitum, monitio.

aduiſéren/ auiſeren. Animaduertere, præuidere, conſiderare, deliberare, conſultare, iudicare. & Monere.

Aduocaet. Aduocatus, actor, paraclet⁹, cauſidicus, patronus. *vulgo* aduocatus.

Aduouéren/aduoperẽ. Agnoſcere, ſuſcipere in ſe factũ: & Ratum habere.

aduopement. Ratihabitio.

Aepſement. Commoditas, facilitas.

Aepſement. Latrina.

Affaire. Negotium, commercium.

Affectaet. Nimis exquiſitus, curioſus.

affectéren. Fucare, mangonizare, ornare: & Nimis exquiſitè velle facere.

affectie. Animus, ſtudium, voluntas, affectio.

Affineren. i. **raffineren.**

Affunte. Theca tormenti bellici.

Agat. Achates: gemma verſicoloribus venulis diſtincta.

Agent. i. **facteur.**

Aget. Gagates, gángitis: lapis odore grauis. **Swert aget.** Thracius lapis.

Aggreable. Acceptus, gratus.

Aggreatie. Ratihabitio.

Agnus dei. Bulla, bulla ſacra: orbiculus cereus ſacratus cui agni figura impreſſa eſt.

Aket/aguet. Inſidiæ, obſidiæ.

Alarm. Ad arma. **Alarm ſlaen oft roepen.** Claſſicum canere, ad arma conclamare, ciere, vocare, *&c.* **Looſen alarm.** Ficta impreſſio.

Alcumye/alkemye. Alchymia, alchumia, calchumia, chymia: ars quæ purũ ab impuro ſeparat: ars qua aurum vel argentum ex pulueribus metalli cõficitur, vel aurũ à cupro ſeparatur.

alcumiſt/alkemiſt. Chymiſta, alchymiſta. **Alkemiſt/** *arabicè* i. fuſor, trãsfuſor.

Alembick. Galea, ſiue capitellũ ſtillatorium: ſublimatorium, meta ſtillatoria: turbo furnarius.

Alferes. Signifer.

Alimentéren. Alere, nutrire.

alimentatie. Alimentum.

Allee/allepe. Ambulatio, ambulatiuncula, deambulatorium.

Allegéren. Allegare, in medium proferre, adferre, citare, adducere, applicare.

Allelupa. Oxys: trifolium acetoſum.

Alliéren. Alligare, iungere, adiungere, ſociare, fœderare, fœdus facere, ſocietatem coire. & Commiſcere aurum, argentum, *&c.*

alliancie. Fœdus, confœderatio, neceſſitas, neceſſitudo, ſocietas, affinitas.

Allop. Materia monetæ, conſtans auro aut argento, cui vilius aliud metallũ certo pondere legibus monetalibus præſcripto additũ eſt: duorum metallorum pretioſioris & vilioris allegatio ſiue commixtio: mixtura auri vel argenti. & Bonitas, qualitas, perfectioque auri vel argenti.

Allodiale goeden. Prædium optimo iure. Fundus optim⁹ maximus: liber, nemini obnoxius. *vulgò* bona allodialia, *quaſi* alaudialia. *quòd in eorum laudem auctor non cenſeat.*

Aloë. Aloë. Herba amariſſimi ſucci.

Aloës hout. Agallochum. *vulgò* lignum aloes.

Almanack. Kalendarium, ephemeris. *vulgò* almanacus. *vide Etymolog.*

Aloſe. Aloſa, triſſa: piſcis genus.

Alteréren. Variare, mutare: & Permutare: & Sinire.

alteratie. Variatio, permutatio.

Amaraut. Smaragdus, lapis viridis.

Ambelen. Tollutim incedere. *q.d.* ambulare.

Amende. Emendatio, correctio, multa, mulcta.

Ameril. Smiris, lapis quo vitrum ſcinditur, & ferrea inſtrumenta expoliuntur.

Amethiſt. Amethyſtus, gemma violacei coloris: & Hyacinthus.

Amict. Tutulus, amictus Phrygius, ſuſtibulum: veſtimentũ album prætextum quadrangulum, quo ſacrificantes in capite habent.

Ampt.

mye. Amica,amaſia: & Concubina, meretrix.
mys. Amaſius.& Concubinus.
my-ſchap. Concubinatus.
myzeus. Amans,amator,amaſius, procus.
myzeuſe. Amica,amaſia.
immunitie. j. **munitie.**
myztiſeren. Humano cõmercio eximere prædia : emortuæ manus ius cõcedere. *vide in Etym.* **Doode hand.**
Angelica. Angelica herba,ſmyrnij ſiue coſti genus.
Annate. Vnius anni prouẽtus:caduca, caducaria commoda ſacerdotiorũ: caducaria iura,caducariç obuentiones Archidiaconorum:iura Pontificum:vectigal eccleſiaſticum.
Annichteleren. In nihilum redigere,abolere.
Anniuerſarie. Annua parentalia. *vulgò* anniuerſaria.
Annulleren. Abolere,abrogare.
annulleren de procedure. Cognitionẽ circumducere. *Bud.ex Vlpian.*
Antijck/antijcks. Antiquus,antiquo opere & ſumma arte factus.
antijcketeyt. Antiquitas.
antijcketeyt ſoecker. Antiquarius,antiquitatis ſtudioſus.
Antſoume/anſſoye. trichia,trichis,encraſicholus:piſcis ex apuarũ genere.
Antimonie. Stibium,ſtimmi,ſtibi. *offic.* antimonium.
Apart. Seorſum,ſeparatim,ſeparatè, ſeiunctim,particulatim. & Priuatè, priuatim.
Apocryph. Apocryphus,arcanus,occultus : cuius occulta & ignota origo eſt.
Apoplexie. Apoplexia,morbus attonitus.
Apoſtille. Literæ dimiſſoriæ: apoſtoli: & Annotatio marginalis.
Apoſtume. Apoſtema, abſceſſus,ſuppuratio , materiæ collectæ in pus conuerſio.
Appareil. Apparatus,cultus.
Apparentie. Viſio,viſus:ſpecimẽ,ſpecies,indicium,veſtigium,ſignum.
Appaſt. Sagina,eſca.
Appelle/appellatie. Appellatio,prouocatio.
appelléren. Appellare,prouocare.
Appetyt. Appetentia, orexis, *vulgo* appetitus.
Appointement. Reconciliatio,fœdus, tranſactio.
appointéren. Tranſigere,componere, decidere de negotio aliquo, controuerſiam dirimere.
Approbéren. Approbare,comprobare, laudare.
Arbitre. Arbiter, diſceptator.
Arcenael. j. **Arſenael.**
Arcier. Arcitenens,ſagittarius:& Doryphorus,ſtipator, ſatelles,latero.
arcier te peerde. Hippotoxata.
arcion. Ephippij pars anterior, arcus ephippij.
Arcke. Arca: & Cadurcum.
Arcke-bupſe. Sclopus, arcus hypotreticus, arcus perforatus, tormentum manuarium. *vulgo* arcus buſius.
arcke-buſier. Sclopetarius, pyrobolarius.
Areſt. j. **arreſt.**
Armepe/armade. Copiæ,agmen,exercitus: & Claſſis armata.
Armeſynen. Pannus ſericus. *vulgo* ormuzinus: *ex Ormuz inſula primùm allatus.*
Armure. Armatura,armatus,arma.
Aronde. Hirundo.
Arre/ar-penninck. Arrha.
Arrement aen-nemen. Poſt digreſſionem redire: iter inceptum rurſus perſequi.
Arrentéren. Elocare fundum.
arrentement. Elocatio.
Arreſt/areſt. Retentio: & Manus iniectio: & Conſtitutio , placitum, arreſtum : ἄρρητον : ſenatuſconſultum, decretum curiæ.
arreſtéren. Retinere,retentare, manus iniiceere : & Statuere, conſtituere, decernere.
Arriere-garde. Exercitus tergum, poſtrema acies, tertia acies,ſubſidium: poſtremum agmen:opiſophylaces.
Arriuéren. Aduenire, peruenire, appellere,petere portum.
Arſenael. Nauale. & Armamentarium.
Arſenick. Arſenicum,auripigmentum.
Artijcke. Morbus articularis, arthritis.

Artijckel. Articulus. **Artijckel der wet.** Caput legis.

Artiſchock. Carduus altilis, cynara, ſtrobilus, ſcolymnus. *vulgo* artichoca.

Artillerije. Machinæ bellicæ, machinamenta miſſilia, tormenta miſſilia, tormenta bellica, tormenta muralia: bombardæ, catapultæ igniariæ, machinæ igniuomæ, tormenta igniuoma, tormenta ænea vel ferrea, res machinaria.

artillerij-huys. Armamentarium.

artillerij-meeſter. Præfectus machinarum, præfectus rei machinariæ, tribunus armamentarij.

Artiſaen. Artifex, opifex.

artiſt. Technites, artifex, artis peritus, artis profeſſor: artificioſus.

Aſare. Aſarũ, nardus ruſtica: vulgago.

Aſperges. Aſparagus.

Aſſay/eſſay. Tentamentum, tentatio, experimentum: examen probitatis monetæ.

aſſayéren. Experiri.

aſſayeur. Probitatis monetæ examinator.

Aſſaiſin. Latro, grallator.

aſſaiſine. Homicidium mercenarium.

aſſaiſinéré. Spoliare, grallari, latrocinari

aſſaſineur. Homicida mercenarius, ſicarius: percuſſor pretio conductus.

Aſſaut. Oppugnatio, aggreſſio, inſultus, impreſſio.

Aſſeſſeur. Aſſeſſor: qui à magiſtratu vel præſide in conſilium adhibitus, aſſidet in iure dicendo.

Aſſeurêren. Aſſeuerare, certũ promittere, affirmare, cauere: & Firmare, ſecurum reddere, fidem aut fiduciam dare: & Periculum mercis aut alterius rei in ſe ſuſcipere.

aſſeurancie. Confidentia, ſecuritas, fides, cautio: & Receptio periculi.

Aſſigner n. Aſſignare, attribuere, deſtinare, conſtituere, condicere, nomen debitoris creditori in ſolutum dare.

aſſimatie. Aſſignatio, attributio: & Vadimonium.

aſſignatie van ghelde. Pecunia attributa, pecunia quæ adnumerari quæſtori ſolet à tribunis ærariis in ſtipẽdium militum.

Aſſiſtencie. Auxilium, aſſeſſio, aduocatio. *vulgò* aſſiſtentia.

aſſiſtéren. Aſſiſtere, adeſſe, auxilio eſſe.

Aſur.j. laſur. Cæruleus, cærulus.

Attentéren. Attentare, tentare.

attentaet. Contra prouocationem admiſſum: factum ſiue deſignatũ contra prouocationem interpoſitam.

Atteſtéren. Teſtari, teſtificari.

atteſtatie. Teſtificatio, teſtimonium: & Tabula.

Auancéren. Accelerare, maturare, proficere: & Promouere, prouehere, ornare aliquem: & Augere.

auancéren het gheld. Repræſentare pecuniam: præ manu pecuniã dare.

auancement. Acceleratio, progreſſus, progreſſio, proceſſus: & Ornamentum, honorificum beneficium.

Auantagie. Plus, amplius: & Potiores partes, prærogatiua: & Lucrũ, compendium, augmentum.

Auant-garde. Exercitus frons, prima acies.

auant-garde. Emiſſarius, qui ante exercitum emittitur, aciemq; præcedit ad laceſſendum hoſtem vel ad explorandum.

Auant-perſe. Perſicum præcox, Armeniacum, Armenicum.

Auctoriſeren. Auctoritatẽ interponere.

auctoriteyt. Auctoritas, poteſtas, præfectura: ditio, ius, imperium.

Audiencie. Audientia, auditio.

audiencie gheuen. Fauere linguis, benignè attenteq; audire aliquem, dare aures ſuas alicui: admittere ad dicendam cauſam.

audiencier. Præco forenſis, præco iudiciarius.

auditeur. Iudex caſtrenſis: militarium cauſarum diribitor.

Auijs.j aduijs.

Autentijck. Authenticus, approbatus, comprobatus ab aliis qui auctoritate pollent: auctoritatem obtinens.

B

Bahu/bahu-kiſte/ bahoele. Arca camerata, ciſta.

Balade/balepe. Rhythmus, homœoteleuton: & Chorea, tripudium: ſaltatio. *vulgò* balada, balario.

Baladen/balepen. Tripudiare. βαλλίζειν.

Balaffre/ barlaffe. Vibex, cicatrix, ſignum

gnum vulneris. & Vulnus cęsim inflictum, præsertim in faciem.

Balance. Bilanx, libra, statera, trutina.

Balepe. Balena. & Aruina siue pinguis liquor ex balenis.

Balleps. Carbunculus candidus, lapis pretiosus extremo visu nubilũ quid præse ferens.

Balloeu/palloen. Harpastum, follis, follis pugillatorius, pila ventosa.

Ballote. Marrubium: *herbæ genus.*

Balsem. Balsamum.

balsemen. Balsamo condire.

Bandon. *j.* **abandon.**

Bandupn. Stipulatio.

Banderolle. Vexillulum, paruum vexillum.

Baptiseren. Nominare, nomen imponere. *q.d.* baptizare.

Barbacane. Antemurale, promurale, pomœrium. & Tormentorũ bellicorum siue bombardarũ maiorum sedes, collocatio, locus.

Barcke. Biremis: & Nauis vectoria. & Nauis prætoria.

Bardasse. Catamitus, cynædus, ganymedes, pathicus.

Barlaffe. *j.* **balaffre.**

Baraterije. Fraus.

Baroen. Heros, Baro: qui inter nobiles opibus & potentia antecellit.

Basaen *j.* **besaen.**

Baseler. Hastæ, iaculi, vel ensis genus.

Baseler. Xilocassia, cassia ligni.

Basiliscke. Basiliscus, regulus.

Baseleſmanes. Oscula mauu reddita, osculum digitis delibatum, & ad os relatum.

Basement. Basis ædificij, fundamentum ædificij, sterobata.

Basilicom. Ocymon, basilicum.

Basse. Tormenti ænei aut ferrei minoris genus.

Bastant. Sufficiens.

basteren. Sufficere, satis esse.

Bastepe/bassepe/pastepe. Propugnaculum, munitio, arx, castrum.

Bastillie. Propugnaculum, castellum, munitio.

Bastonade. Fustuarium.

Batalie. Dimicatio, conflictus, præliũ, acies: batualia, æ, à *batuo, is.*

batalle, Secunda acies.

batalien. Præliari, conflictari.

Batement ebatement. Ludus, ludus scenicus.

batement-speler. Mimus.

Bedeguacrd. Spina alba, acẽtha leuce.

Beffrop/belfort/belfroot. Specula, pharus, arx, propugnaculum: specula militaris, prætẽtura. *q.d.* pulchra arx fortis.

Bellier. Aries.

Behen. Lychnis, lychnis coronaria, cæleſtis rosula, flos louis. *offic.* behen.

Benedictie. Eulogia, benedictio.

Ben. Myrobalanus, nux vnguentaria: glans Ægyptia: ben *officinis vocatur voce Arabica.*

ben-olie. Oleum balaneum: oleũ glandis vnguentariæ.

Beneficie. Beneficium, meritum: & Sacerdotiũ: Ecclesiæ possessio presbytero benemerito, quoad viuat, concessa ab Episcopo: *tàm alioqui ſõleant Clerici ab Eccleſia per Epiſcopũ menſibus ſingulis victus cauſa meritam ſtipem accipere. Baron. ex D. Cypr. vide* **Prebende.**

Beniupn. Laser Cyrenaicum: gummi benzoinum. *vulgo* assa dulcis vel odorata.

Bergantine/bigantine. Celox, catascopium, nauis speculatoria: & Nauis prædatoria, piratica.

Bernagie. Buglossum latifolium, borrago.

Besaen/basaen. Pellis ouina, corium ouillum, aluta vilior.

Besane. *j.* **mesane.** Epidromus.

Besonie. Opus, opera, negotium.

besonseren. Operari, operam dare.

Beuernacrd. Pimpinella maior, saxifraga magna.

Beuernelle. Bipinella, saxifraga minor.

Bien-venue. Gratulatio aduentus: cæna viatica.

bien-venue be-taelen. Ilagogicum dependere.

Bigarẽren. Variegare, distinguere, variare.

Bijbel. Biblia, orum: bibliorum codex, canon sacrarum literarum: libri rituales, libri sacri.

Biket/buket/trebuket. Trutina, momentana, trutina monetaria, libella.

Billet/ bullet. Inſcriptuim.

Billion. Æs, confuſaneum: Materia monetaria, cui plus admixtũ eſt extranei & vilioris metalli, quàm per leges liceat: moneta adulterina.

Biſcuit. Panis bis coctus, panis nauticus.

Blaſphemie. Execratio, maledictum. *vulgo* blaſphemia.

blaſphemeren. Execrari, impiè & irreligiosè loqui. *vulgo* blaſphemare.

Bliter. Mendicus.

Bombarde. Tuba ductilis, tuba ahenea. *vulgo* bombarda.

Boras. Santra, chryſocolla, auri gluten, auri ſanies, natiua chryſocolla. *vulgo* borax.

Borat. Genus panniſerici.

Bote. Pero.

Bzaule. Orbis ſaltatorius: ſaltatio motoria.

Bzaſelet. Brachiale, armilla, ſpinter.

Bzaue. Ferox, feroculus: & Bellus, comptulus.

bzauèren. Ferocire.

Bzeſilien hout. Crotinus: lignum acanthinum. *vulgo* breſilium.

bzeſilien verwe. Purpuriſſum.

bzeſilien peper. Piper Indicum.

Bzeue. Nota muſica conſtans duabus menſuris. *vulgo* breuis.

bzeuiature. j. abbzeuiature.

bzeuier. Epitome, breue, breuiarium: codex ſacrarum precum, codex horarius. *vulgo* breuiarium.

Bzicole/ bzicolle. Baliſta maior.

Bzicolèren. Geſticulari in ſphæriſterio: geſticulationes exercere ludo pilæ.

bricoleren. *metaphor.* **j. diminuëren/ eenchelen.**

Bzigantine. Paro, myoparo, nauis prędatoria, piratica.

Bzootſe. Veru: ligo dentatus, runcina.

Buggher. Pædico, pederaſtes, pædicator, pullopremo, pullopremus, fellator, irrumator, cotyos contubernalis, cotyos ſodalis, κοτύ⊙ βιασώτης: Sodomita: cuius teterrima libido ne capiti quidem parcit, *Lactant.* qui ne à ſanctiſſima quidem parte corporis hominum, impuram intemperantiam propulſat, *Cicero.* draucus emaſculator.

buggeren. Offendere buccam, illudere ori, illudere capiti, *Arnob. Lactant. Sueton.* Fellare, irrumare, pædicare, *&c.*

buggherije. Pæderaſtia: auerſa venus: libido contra naturam: peccatum Sodomiticum.

bug-ſeerden. j. buggheren.

bug-ſeerden/ boegh-ſeerden. Remulco trahere. *re turpiſſima ad rem nauticam ab obſcenis nautis tracta. vide Etymolog.*

Burat. Multitia, orum.

C

CAbinet. Ciſtula, conclaue, pinacotheca, cimeliarchium.

Cachet. Signum, ſigillum.

cachetteren. Obſignare literas.

Cacidonie. Carchedonius: lapidis pretioſi genus.

Cadencie. Symphonia: concentus manifeſtior.

Cadet. Filius minor natu, exhæres, qui à filio natu maiore ex aſſe hærede, mortuo patre, alitur.

Caffa. j. armeſijn. Genus panniſerici.

Caffaerd. Blatta. & Hypocrita, ſimulator.

Cagie. Cauea, cors, ciſta, corbis doſſuaria.

cagiaerd. Ciſtifer, qui cauearn aut corbem portat.

Calabaſſe. Cucurbita ventricoſa.

Calamaer. Theca pennaria, theca calamaria, graphiarium.

Calamijn-ſteen. j. klemijn-ſteen.

Calcedonie. Onyx. *vulgo* Chalcedonius lapis.

Calcinëren. Metalla in puluerem ſiue calcem redigere igne.

Calculëren. Computare, ratiocinari, calculos ſubducere.

Calmus. Calamus aromaticus, acorus, piper apum.

Camerade. Commanipulo, cõmilito.

Campanie. Campeſtria, campeſtris locus, planities: ager, campus.

campëren. Caſtra ponere, caſtra metari.

Canale. Canalis, alueus.

Canalie. Canes, grex canum: & Grex nebulonum, fæx plebis, fæx ciuitatis: vulgus iners.

Cancelëren. Delere diſpungere. *vulgo* cancellare.

Cantons/cantonen. Fœmoralia,feminalia.

Canon. Tubus tormenti ænei,tormẽtum æneum. *vulgo* canna muralis.

Canon van de misse. Arcana effata sacrificij:canon: sacrum opertaneum. *vulgò* secreta missæ.

Canter. Chori sacri præfectus : exarchus chori sacri.

canterije. Exarchatus chori sacri.

Cape. Promontorium.

Capeau. Pileus,pileum.

Capelet. Corona.

Cantons. Pagi Heluetiorum. *vulgò* cantones.

Capelyne. Pileus.

Capitulant. Suffragij in sodalitio ferendi potestatem habens.

Capitulêren. Articulosè pacisci : conditiones ferre & accipere.

capitulacien. Excepta, cauta & sancta in fœderibus: pactiones.

Caporal. j. corporal.

Capreol. Capreolus.

Caprifolie. Periclymenus,caprifolium.

Carabijn. Equesexpeditus,ferentarius, leuis armaturæ: hippoſclopetarius.

rarabijnen. Prædari,diripere.

Carate. Ceratium,siliqua,grana quatuor. & Mensura intrinsecæ bonitatis auri: *summa autem puritas auri est viginti quatuor carattarum.*

Carde benedict. Atractylis hirsuta. *offic.* carduus benedictus.

Carene. *vulgò* Carena, quadragena: publicæ pœnitentiæ siue indulgentiarum genus.

Carenten/corinthen. Vuæ Corinthiacæ: apyreni.

Caresse. Blanditiæ,illecebræ,adulatio.

caressêren. Blandiri.

Carkan. Collare, torques,segmentũ.

Carlijne. Chamæleon albus. *offic.* Carlina.

Carneol. Gemma rubedine diluta. *vulgò* Carnalium.

Carnier. Carnarium, locus vbi carnes asseruantur.

Carriere. Latomia,latumia,lapicidina: & Hippodromus, curriculũ equorũ.

Carup. Carum. *officin.* caruy.

Cas. Casus: & Causa: & Facinus: flagitium, crimen admissum.

Casamatte. Humilis & tecta castrorũ lorica: propugnaculum subterraneũ.

Cassidonie-steen. Carchedonius : & Onyx.

Cassie fistel. Cassia fistularis, siliqua Aegyptia.

Cassijne. Iugamenta,fenestrarum structuræ.

cassijne. Fenestra papyracea vel membranea, tympanum.

Catarre. Catharrus, rheuma,rheumatismus: coryza, grauedo.

Cathedraal kercke. Basilica.

Catholijck. Catholicus,vniuersalis: & Orthodoxus.

Caual. Caballus, equus.

Caualerye. Equitatus, equites.

caualooter. Mango equorum.

Cause. Causa, ratio.

causêren. Efficere,gignere, causã dare.

Cauterisêren. Inurere.

Cautie. Cautio fideiussio. Præs, vas, appromissor, fideiussor.

Celebreren. Facere sacrum: facere rem sacram, rem diuinam.

Celidonie. Chelidonea herba.

Cement. Lithocolla.

Centenaer. Centenarius : Centenarium pondus.

Ceremonie. Cæremonia.

ceremonie-meester. Designator, magister cæremoniarum.

Ceron/cerote. Ceratum, cerotum.

Certeyn. Certus, indubitatus: & Certè, enimuero, proculdubio, indubitãter.

certeynlick. Certè, enimuerò.

certificeren. Certum alicui facere, asseuerare.

Certificatie. Libellus, epistola assertoria. *vulgò* certificatio.

Cerusse/cerupse. Cerussa, psimmythiũ.

Cessie. Cessio.

cessie doen. Cedere bonis, perfugere ad aram cessionis.

Cilinder. Cylindrus.

Ciment. Opus signinum : è tusis testis addita calce.

Cinober. Cinnabaris.

Citeren. In ius vocare, diem dicere, iubere adesse. *vulgò* citare.

citatie. In ius vocatio, libellus quo quis citatur.

citatie-brief. Libellus.

Citadelle. Arx vrbi imminens.
Ciuet. Zibethum, odoramenti genus.
Claroen. Lituus, cornu.
Clisterie. Clyster, clysterium, infusum.
Coadiuteur. Episcopus designatus: Abbas designatus.
Cochenille. Cochenilia: vermiculi genus: & Coccus baphica, coccus tinctorum, granum infectorium. *vulgò* cochenilia.
Cochin. Mendicus, homo petax, amator siue sectator culinæ. & Homo ineptus. & Nebulo, vappa, tenebrio.
Codicille. Codicillus, scriptura vltimæ voluntatis elogium continens.
Coers. Cursus, meatus, curriculum.
Coers hebben. In vsu esse.
Coersier. Equus celer, cursorius.
Coertier. Emissarius: & Proxeneta, pacarius, sequester.
Coetelas. Machæra: ensis amplus, brevis & anceps.
Cohiere. Scriptum: commentarius.
Colere. Cholera, bilis: fellitlua passio.
Colijcke. Colica, colicus dolor.
Collacie. Antecœnium, procœnium, ientaculum: comessatio à cœna. merenda, symposium, compotatio.
collacien. Antecœnium sumere.
Collationeren. Tabulas conferre: conferre & componere descriptum siue exemplum cum exemplari vel archetypo: descriptionem conferre cum tabulis.
Collecteur. Collector. & Exactor.
Collegie. Collegium, cœtus sodalium.
Collette. Mamillare.
Collice ghe-stampt. Intrita, intritum, cibus in mortario subactus & colo expressus. *q. d.* ius colatitium.
Colonel. *j.* **cozonel.**
Coloquinte. Colocynthus, cucurbita siluatica.
Comete. Cometes, cometa, stella crinita.
Comijt. Celeustes, nauigationis moderator, hortator.
Commandeur. Dictator, magister populi: qui præcipit & imperat.
commandeur-schap. Dictatura.
Commensael. Conuictor. *vulgò* commensalis.
Commere. Mater initialis, lustrica parens, mystica parens, onomastria. *vulgò* commater.
Commissaris. Commissarius, delegatus, disceptator, recuperator: iudex selectus.
commissaris van krieghs-volck. Conquisitor.
commissaris van prouande. Annonæ præfectus.
commissie. Mandarum, prouincia, delegatio, epistalma authoritas mandati.
Commitimus van t'hof. Ius forensium codicillorum, ius fori eximium, ius codicillare.
Communicatie. Participatio, commercium. & Colloquium.
communiceren. Communicare, agere cum aliquo: & Colloqui. & Participare, in medium adferre. & Communionem sacram sumere.
Communie. Synaxis, communio sacrosancta.
Compact. Pactū, conuentio, conditū.
Companion. Socius, sodalis.
companye. Consortium, conuentus, collegium, societas, sodalitas, sodalitium: & Cohors, turma, caterua.
Comparéren. Comparere, adesse, præsto esse.
comparitie. Apparitio, præsentia.
Compassie. Misericordia, miseratio, commiseratio.
Compensëren. Compensare, pensare, rependere.
compenseren de costen van t'proces. Litis impendia inter actorem & reū non absre exæquare: de litis sumptibus paria inter partes facere.
Compère. Pater initialis, parens mysticus, onomasta initialis: arbiter initiationis. *Bud.* susceptor. *vulgò* compater.
compêr-schap. Lustrica cognatio, initialis necessitudo, spiritualis necessitudo siue propinquitas in Baptismo contracta.
Competent richter. Iudex competens, iudex suus & legitimus, iudex ipse.
Complainte. Questus, conquestus, conquestio, querela, querimonia postulatio, expostulatio.
Complexie. Natura & mores, constitutio corporis: crasis.
Complice. Socius flagitiorum & rapinarum:

narum:ſceleris particeps. *vulgò* complex.

Comploot. Coitio,fœdus,pactum.

Componerē. Muſica arte componere.

componiſt. Muſurgus:qui legibus artis cantiones & rhythmos cōcinnat. *vulgò* componiſta.

Compoſeren. Componere:& Confi cere,decidere,tranſigere.

compoſitie. Compoſitio:& Deciſio.

Compyen. Diploma,linteum complicatum.

Concerneren. Spectare,pertinere.

Concierge. Inſularius:& Præſes.

Concluderen. Decernere,in pauca cōferre,perorare,cōcludere,clauſulam addere.

concluſie. Concluſio,epilogus,coronis:& Summa.

Concordact concorderen. *j.* **accordact/ accorderen.**

Concubijne. Concubina,pellaca.

Concuſſie. Repetundæ,arum.

Conditie. Conditio,lex,forma,modus, res,ſtatus.& Mores.& Munus.

Conſilie de greph. Meliſſophyllō,meliphyllon, melitæna,apiaſtrum,citrago.

Conſort. Solatium,conſolatio.

conforteren. Confirmare.

Confronteren. Componere alterum cum altero: conferre,committere.

Confuys. Confuſus,commiſtus. Indiſtinctus:& Turbatus, perturbatus: & Pudore affectus,animoq; perturbatus.

confuyszijn. Obrui cōfuſione vel pudore.

confuſie. Confuſio,miſcellanea,chaos.

Congè. Copia,venia,facultas.

Conqueſt. Quæſtum,partum acquiſitum,conquiſitio.& Finium imperij propagatio ſiue dilatatio.

conqueſteren. Conquirere,acquirere, rem facere, adipiſci: & Imperium facere:vincere: adiungere ad imperium:imperium dilatare,fines imperij proferre:& Debellare, ſubigere, ſubiugare,ſuperare.

Conroot. Multitudo,congregatio,frequentia hominum.

Conſcientie. Conſciētia,conſcius animus,mens ſibi conſcia: & Fides:& Religio.

conſcientie maeckē van eenige ſaecke. Impediri religione, religioſū habere, religionem habere vel adhibere, religioni habere rem aliquam, obſtringi religione: conſcientiæ metu moueri.

conſcientieus. Religioſus:iuſtus:rectº.

Conſent. Conſenſio,conſenſus, aſſenſio,aſtipulatio:voluntas.

conſenteren. Aſſentire,aſtipulari.

Conſerue. Conditanea,orum:ſalgama. *vulgo* conſerua,*à conſeruando.*

conſerue van rooſen. Intrita roſacea.

Conſierge. *j.* **concierge.**

Conſigneren. Attribuere.

conſigneren. Deponere,in manū dare, exhibere,repræſentare.

Conſiſtorie. Concilium, conuentus, conſeſſus,ſynodus: ſynedrium: orcheſtra:ſeſſio ſenatus & primorum. *vulgò* conſiſtorium.

Conſorte. Conſors,ſocius,par,ſimilis, conſimilis: & Coniux.

conſorten. Conſortes,pares:gregales. & Conſcij affineſque ſceleris.

Conſpiratie. Conſpiratio,conſpiratus, coniuratio,coitio.

Conſtituēren. Conſtituere,ſtatuere, imponere.

conſtitutie. Conſtitutio,decretum,ſtatutum,ſanctio.

conſtitutie brief. Literæ originariæ reditus conſtituti.

Contenancie. Habitus,ſtatus,vultus,os, facies,geſtus,actio.

Content. Contentus,æquus,compos.

contentzijn. Contentum eſſe,non pœnitere,ſatis habere.

contenteren. Satisfacere alicui,explere animum alicui. *vulgò* contentare.

contentement. Satisfactio.

Contract. Contractus,res contracta, commercium,pactum, pactio: perſcriptio,inſtrumentum pacti.

contracteren. Contrahere.

Contrarie. Contrarius,aduerſus.

contrarieren. Contrarium eſſe,aduerſari,repugnare.

Contrebrief. Antapocha. *vulgò* contra-litera.

Contrebalance. Sacoma.

Contreborghe. Præs.

Contrecedulle. Antapocha.

Contreſijn. Plumbum cinereum.

Contreman. Aduerſarius.

Contremine. Cuniculus aduerſus, obliquus, tranſuerſus, contrarius.

contremineren. Hoſtium cuniculos tranſuerſis cuniculis excipere, obuiã ire cuniculis.

Contretol. Antigraphum, cuſtodia: & Contraria accuſatio.

contretolleren. Cuſtodire: obſeruare: contrariam actionem inſtituere.

contretolleur. Antigrapheus, cuſtos, obſetuator, inſpector, annotator, officij exactor: actor ſummarum: rationarius, rationalis. *vulgo* contrarotulator. **Cõtretouleur** (*inquit VVolphgangus Hungerus, dicitur* is qui contra indicem alterius coactoris ſiue receptoris pecuniæ publicæ elenchum conſcribit in reddenda ratione cum altero conferendum.

Contreſcharpe. Lorica exterior arcis aut vrbis: contramurus: loricula ante præcipuum murum vrbis ducta. *vulgo ital.* contraſcarpa.

Contrepoint. Modulatio extemporanea ſimpliciori cantui accõmodata: occentus: plani cantus diuerſis melodiis ſubita & improuiſa ex ſorte ordinatio. *q. d.* contrapoſitus vocibus concors concentus arte probatus. *vulgo* contrapunctus.

contrepoint ſinghen. Planum cantum certis conſonantiis ex improuiſo ordinare. *vulgo* ſortiſare.

Contrepoint. j. contreſcharpe.

Contrepois. Aequilibrium, ſacoma.

Contreſeghel. Sigillum minus maiori oppoſitum.

Contreteneur. j. hoogh-konter. Occẽtus. & Occentor: altitonans contracantor.

Contreuenteur j. Pacti fidem violans, legis tranſgreſſor.

Contribueren. Contribuere, conferre ſymbolum.

contributie. Contributio, ſymbolum, collatio.

Conuent. Conuentus: & Cœnobium, monaſterium.

Conuentie. Conuentus, conuentum. *vulgo* conuentio.

Conuers. Neophytus. *vulgo* conuerſus.

Conuerſerẽ. Verſari, cõſueſcere alicui: vti aliquo: ſæpè multumq; eſſe cum aliquo: frequentare: conſuetudine alicuius vti. *vulgo* conuerſari.

conuerſatie. Conuerſatio, conſuetudo, vſus, familiaritas, conuictus.

Conuoy. Aſſectatio. & Præſidium in itinere: publicus commeatus: præſidiarium auxilium, ad perducendos in tutum receptum viatores.

conuoyeren. Aſſectari, deducere.

Copije. Deſcriptio, deſcriptũ apographum, exemplar, exemplum, exemplum deſcriptum, exſcriptum.

copieren. Deſcribere, exſcribere.

copiſt. Antigrapharius: formularius.

Corage/coragieus. *vide Etymolog.*

Cordegarde/corps de garde. Statio, vigilum ſtatio.

Cordiael. Amicus ex animo.

cordiaelick. Ex animo, corde & animo.

Corinten. Leptorages: vuæ dulcibus acinis, tenuibus & minutis: apyreni: vuæ Corinthiacæ. *vulgo* Corinthiæ.

Corneol. Cerneol⁹, Sardius lapis: ſarda.

Cornet. Cornu flexum, curua tibia: tibia miluina.

cornet ruyteren. Turma equitum, centuria equitum.

Coronel/colonel. Primopilus, primipilus: primus centurio, dux legionis, præfectus legionis: dux millenarius, chiliarcha, chiliarchus, tribunus legionum. *vulgo* colonellus, columella, maior ſeruus in familia.

Corporal/caporal. Centurio, pentecꝫſiarchus: primipilaris.

Corporal. Sacroſanctum ꝑuluinar.

Corps de garde. Vigilum ſtatio.

Corpulent. Habitior, bene habito corpore.

corpulentie. Statura, habitus corporis.

corpus. Corpus, pars, tribus, multitudo populi.

Correctie. Correctio, emendatio: notæ.

Correſpondentie. Reſponſus, ſymmetria: conuenientia: conſpiratio, conſenſus.

correſpondentie van maeten. Commenſuum reſponſus, conuenientia menſuræ.

correſpondentie in liefde. Amor mutuus, reciprocus.

Corresponderen. Respondere, consonare: conspirare.
Corrosif. Sepcticus, putrefaciendi siue erodēdi vim habens: depascens, exedens & absumens. *vulgò* corrosiuus.
Corruptie. Interitus, dissolutio: vitium, marcor, putredo.
Corsalet. Ægis, idis, thorax.
Corsier. *j.* courtier.
Cortelas. *j.* coetelas.
Cortisatie. *j.* quete.
Couent. *j.* conuent.
Creancie. Creditum, fides.
creancier. Creditor.
credencie. Credulitas, fides: & Prægustatio, prælibatio, securitas in edendo & bidendo quę magnatibus pręstatur: & Abacus, vasarium.
credencier. Prægustator.
credit. Fides, auctoritas, gratia: & Creditum, pecunia credita, æs alienum, debitum.
Cresse. Byssus.
Crime. Crimen.
crime lese maiestē. Perduellio.
criminel. Capitalis.
criminele iustitie. Iustitia sanguinaria, vindexque publicæ securitatis.
criminele saecke. Res capitalis, causa criminis, causa ex crimine, causa criminalis, quæstio criminalis.
criminel proces. Iudicium capitis, iudicium capitale.
Crops. Augmentum. & Fomes.
Cropseren. Decussare, adnotare paragraphis: illustri signo solenniq; prænotare: adnotare crucis signo.
Cronijcke. Chronica, orū, annales, ium.
Croppier. Postilena.
Crotse. Lituus pontificius, pedum, baculum.
Cubeben. Cubebæ, carpesium.
Cubit. Cubitus, cubitum, vlna: sesquipes.
Curepe. Visceratio quæ canibus venaticis datur: & Libamentum capturæ accipitribus in aucupio volucri dari solitum: & Medicamentum formaboli siue turundæ, quo vomitus auibus venaticis prouocatur: stupea turunda.
Curēren. Curare, mederi, curationem adhibere, remedium adhibere.
Curieus. Curiosus: percurioſus, affectator.
curieus heyd. Curiositas, affectatio.
Custodie. Custodia, theca.
custodie van den boghe. Corytus, theca arcus.

D

DAmaskenēren. Encaustica pictura ornare: opere Damasceno elaborare: expolire gladios, reddere cæruleos.
Damast-bloeme/dames-bloeme. Viola Damascena, viola alba, viola matronalis. *q.d.* flos siue viola dominarum, *Gallis violette de dames dicitur.*
Damast-pruyme. Prunum Damascenum: passum, rugosum.
Damasten kleed. Vestis Damascena: vestis Damasceni operis: vestis scutulata.
Dame/damme. Domina, hera.
Dame/dam-steck. *j.* dammeler. Scrupulus, calculus.
damen/dammen. Ludere scrupis duodecim. *vulgò* ludere ad dominas. *quidam à* dam. i. agger. *deriuant.*
dame-spel/dam-spel. Lusus duodecim scruporum, siue calculorum.
dammeler/dam. Scrupus, lapis siue globus diada in lusu valens.
dam-berd. Alueolus, fritillus.
damoiselle. Matrona mitellata, mitrophora.
Dangier. Discrimen, periculum.
dangereus. Periculosus, incommod⁹.
Daerd. Iaculum, telum.
Date van den brief. Datum, data. Dies in litteris adscripta: æra, hera.
datēren. Diem in litteris adscribere.
Debat. Altercatio, certatio, controuersia, rixa: discrimen, dissensio.
debatēren. Altercari, certare, rixari: disceptare, discertare.
Declinēren. Declinare: & Ius domum reuocare, iudicium transferre.
declinatooze. Exceptio translatiua: præscriptio siue exceptio litis trāslatiuę.
Decoctie. Decoctum, decoctus, us. *vulgò* decoctio.
Decret. Decretū: & Authoritas publica,
Defailléren. Deficere.
defaillantie. Defectus, deliquium.
Defalckēren. Tollere, amputare, *vulgò* defal-

defalcare. *q d* falce abſcindere.

defalcièren van de ſomme. Deducere, decidere, demere de ſumma.

Defaut. Abſentia. & Eremodicium: vadimonium vel iudicium deſertū.

Definitif. ſ. **diffinitif.**

Degradèren. Honore priuare.

degradèren. Infulis exuere ſacerdotem: exaugurare, reſecrare ſacerdotem, deſecrare: abrogare alicui ſacerdotiū.

Delay. Dilatio, mora, procraſtinatio, prottractio, ſpatium.

delayèren. Comperendinare, differre, procraſtinare, protrahere: morā interponere, cauſas nectere, ducere cauſam.

delatoire exceptien. Præſcriptiones & exceptiones litis moratoriæ: præſcriptiones moratorię, litemq; trahētes.

Delfijn. ſ. **dolfijn.** Delphinus, *&c.*

Delicaet. Delicatus: & Lautꝰ: & Mollis.

Delict. Delictum, error.

Demeyne/domeyne. Ditio, imperium.

Demeyne. Publica vectigalia, canon: legitima & ordinaria penſitatio, vt ſunt vectigalia & portoria: ſacrum principis patrimonium. *vulgò* canon dominicus, domanium, demanium.

Depoztèren. Quieſcere, deſiſtere, finē facere.

Depoſièren. Dicere pro teſtimonio, dicere teſtimonium.

depoſitie. Teſtatio, teſtimonium.

Depoſſedèren. Deiicere vel dimouere aliquem de poſſeſſione.

Deſauoèren. Auctoritatem defugere, abnuere, inficiari: controuerſiam facere.

Deputèren. Delegare, præficere negotio exequendo: conſtituere iudicem, arbitrum, recuperatorem, *&c.* **Ghedeputeerde.** Syndici. *vulgò* deputati.

Deſolaet. Deſertus, deſolatus, vaſtus, vaſtatus.

deſolaet. Abſque ſolatio, non conſolabilis.

deſolaetelick. Inſolabiliter.

Deſperaet. Exſpes, deſperās, deſperatꝰ.

deſperatie. Deſperatio: ægritudo ſine vlla rerum expectatione meliorum.

deſperèren. Deſperare, deſinere ſperare, omni ſpe deſtitui.

Deſtruèren. Deſtruere, profligare, euaſtare, perpopulari, depopulari, ad exitium & vaſtitatem redigere, euertere, excindere, excidere.

deſtructie. Diſperditio, ruina, vaſtitas, vaſtatio, excidium, depopulatio, extium, euerſio. *vulgò* deſtructio.

Determinèrē. Determinare, terminare, deſignare, præfinire, definire: & Decernere, conſtituere.

Deuis. Colloquium: & Deſignatio: & Inſigne: & Forma, modus.

deuiſèren. Fabulari, ſermocinari, narrare, ſerere ſermones, cōferre cōſilia.

Deuoor. Officium, munus.

Deuoot. Religioſus, pius, ſanctus: religioni deditus, religionem colens. *vulgò* deuotus.

deuootie. Religio, pietas.

deuootelick. Religioſè, piè.

Deus Duo. **Deus int ſpel.** Dias. **Deus aes.** Dias & monas. & Homo treſſis, homo ſemiſſis, diobolaris: homo nihili, parui momenti.

Diamant. Adamas.

diamant-ſlijper. Gemmarum politor, gemmarum mango.

Dicte. Dieta: victus ratio: præſcripta viuendi formula.

Diffamèrē. Infamia afficere aliquem, infamiā aut ignominiā inferre alicui.

Different. Differens.

different zijn. Differre, diſtare: & Diſſidere.

differente. Contentio, controuerſia.

differentie. Differentia, diſcrimen, delectus, diuerſitas.

Diffinitiue oft definitiue ſententie. Sententia litis decretoria. *vulgo* definitiua.

Dignitept. Dignitas, honor, ornamentum, decus, præſulatus.

Dilay. ſ. **delay.**

Dilunie. Eluuio terrarum, vniuerſalis inundatio. *vulgo* diluuium.

Diminuèren. Minuere, diminuere, imminuere.

diminueren. Modos concidere & frāgere: voce ſe remittēte canere: minutionem citare, minutiōē citare ſue cantare: voculas multifariam frangere & concidere. *vide* **trencketen.**

diminueringhe. Chroma, modulatio crebri-

crebritate & ſolertia modulorũ oblectans: frequentamentum.

Diſcant. Cantus compoſitus: muſica: modi diſcordes: ſymphonia diſcors: vocũ diſcordia concors: cantus diuerſis vocibus cõſtitutus. *q.d.* diuerſus cantus: & Cantilenæ pars ſuprema: harmonia puellari voce modulanda: cantus ſuperior. *vulgò* diſcãtus.

diſcanter. *vulgò* Incentor, diſcantus.

diſcanteren. Muſicam canere.

Diſcipel. Diſcipulus, auditor.

Diſcoꝛd. Diſcordia, diſſidentia, diſcrepantia.

diſcoꝛderẽ. Diſſidere, diſcrepare, variare

Diſcourreren. Narrare, recenſere, ratiocinari.

diſcours. Narratio, ratiocinatio.

Diſcret. Prudens, ſapiens, modeſtus, honeſtus.

diſcretie. Prudẽtia, modeſtia, iudicium, moderatio: & Diſcrimen.

diſcretelick. Prudenter, modeſtè.

Diſoꝛdze. Confuſio.

Diſpenſeren. Diſpenſare: & Legibus ſoluere, gratiam facere legis: ius cõmune relaxare.

diſpenſeren van den eed. Facere gratiã iuriſiurandi, ſoluere vinculo iuriſiurandi. *vulgò* diſpenſare aliquem de iuramento.

diſpenſatie. Vacatio vel ſolutio legis: relaxatio iuris communis.

Diſpenſier. Oeconomus, condus, promus. promus cõdus, procurator peni, cellarius, victus quotidiani adminiſter, obſonator nũdinalis. *vulgò* diſpenſator.

Diſponẽren. Diſponere.

diſponeren bp teſtamente. Superfamilia pecuniaque legare. *Budæus.*

Diſpoſitie. Affectio.

diſpoſt. Affectus: conſtitutus. & Aptus, paratus, præparatus, agilis.

Diſputẽren. Diſputare, diſceptare, diſſerere.

Diſtribuẽren. Diſtribuere, erogare, diuidere in viros.

diſtributie. Diſtributio, aſſignatio: & Sportula, ſtips ſportularia.

Diſtrict. Diſtrictus, diſtrictio, iuriſdictio: regio.

Diuerſch. Diuerſus, diſſimilis, varius.

diuerſchelick. Variè.

Diuiſeren. j. **deuiſeren.**

Doaris. j. **douarie.**

Dobbel. Exemplar, tranſſcriptum. *vulgò* duplum.

Doctooꝛ. Doctor.

doctooꝛ in de rechten. Iuris enarrator & interpres: iuriſperitus, iuriſconſultus.

doctooꝛ-ſchap. Doctoris dignitas ſiue munus. *vulgo* doctura, doctoratus.

Dolfyn/delfyn. Delphinus, delphin. Genus piſcis ſiue beluæ marinæ.

dolfin. Regis Galliarum filius primogenitus. *vulgò* delphinus.

dolfin. j. timp. Focale.

Doliancie. Dolor, languor, ægritudo: & Querela, querimonia, expoſtulatio. *vulgò* dolentia.

Domepne. Dominiũ, ditio, imperium.

domepne. j. **demepne.** Publica vectigalia.

domineren. Dominari.

dominatie. Dominatus. *vulgò* dominatio.

dominie. Dominium, ditio.

Done. Mulier, domina, matrona.

Doꝛmter. Cubiculum dormitorium: dormitorium, *Plin.*

Doſe. Doſis: portio ſimplicium medicamẽtorum compoſitionem ingredientium.

Doſyne. Duodecim, duodenarius.

Douarie. Dotalitium, dotarium, antipherna, donatio propter nuptias: id quod vxori maritus viciſſim loco doris dat. *vulgò* doerium.

douagiere douagierighe. Vidua antiphernis fruens.

Dzagant. Tragacantha herba.

Dzagie. j. **tregie.**

Dzaghme. Dragma octaua vnciæ pars.

Dzagon. Dracunculus hortenſis, dracunculus acetariorum.

Dzeſſeren. Dirigere, rectum facere, erigere: & Parare.

Dzeſſooꝛ. Abacus, repoſitorium.

Ducaet. Ducalis aureus, num⁹ aureus à ducatu ſiue magiſtratu Romano ſic primùm dictus.

Duo. Diaronum, modulatio naturalis, & concentus duarum vocum.

Duplyche. Duplicatio, tertia depulſio:

tertia

tertia contradictio: ſecunda rei defenſio, vel replicationis depulſio: reſponſio rei ad actoris replicationem: depulſio rei ſecunda.

E

Ebatement/batement. Oblectatio, ludus, luſus, iocus.

Eben. Ebenus.

Eclips der ſonne. Eclipſis ſolis, defectus ſolis, deliquium ſolis.

eclips der mane. Eclipſis lunæ, deliquium lunæ, defectus lunæ: labor lunæ, obſcuratio lunæ.

Effect. Effectus, effectio, opus, opera.

effect. Res ipſa, exitus rei.

effectuêren. Exequi.

Effort. Conatus, molitio, niſus.

Electuarie. Medicamentum ex ſelectis remediis compoſitum. *vulgò* electuarium, & electarium.

Element. Elementum.

element des biers. Æther, ignis.

elementen. Elementa, genitalia corpora, prima corpora, & fontes rerum.

Email. Encauſtum.

emailléren. Pingere encauſto.

Emaraude. Smaragdus, viridis lapis.

Embre.j.ambre. Succinum.

Embuſcade/embuſche. Inſidiæ: *ſic dictæ quod in buſcis ſiue ſiluis plerumque poni ſoleant.*

Emende.j.amende.

Emologéren.j.homologeren.

Empeſchéren. Impedire.

empeſchement. Difficultas, impeditio, impedimentum, obſtaculum.

Emploperen. Sumere vel inſumere in re aliqua.

emploperen ſi ſeluen. Vires vel neruos in re aliqua adhibere, conferre ſua ſtudia, operam impendere, collocare, inſumere.

Enfanterye. Peditatus, pedites.

Engien. Ingenium: & Inſtrumentum: & Machina: & Tormentũ bellicum.

engien-meeſter/engienieer. Præfectus machinarum bellicarum, præfectus rei machinariæ: & Architectus.

Enqueſte. Inquiſitio, pcõtatio, examẽ

enqueſtéren. Quærere, inquirere, ſcitari, ſciſcitari.

Enterinéren. Poſtulationẽ iudicialem promus auribus exaudire.

E

enterineren de conincklijcke brieuen. Diploma comprobare: Diploma à principe impetratum iudici loci exhibere comprobandum.

enterinement. Inſpectio codicillorum & probatio.

Entreye/entree. Introitus.

Entremets / entelmes / entelmets. Ferculum interpoſitum. & Bellaria, tragemata: *vulgò* impomentum.

Entrepzinſe. Cœptum, inceptum, res inchoata, ſuſceptio, operis inſtitutio, conſilium, ratio, conatus.

Enule campane. Heleniũ. *vulgò* enula campana. (conus.

Vederick. Vedericus: diues pecoris. *Adr. Iun.*

Velleda. Velleda. *q. d.* **veelleed/** *hoc eſt*, multa mala multaſque calamitates pariens. *Vel q. d.* **veel hepde.** i. multos latoſque agros habens. *Adr. Iun.*

Venerick. j. Wenerick. Venericus.

Vercingetorick. j. Verſingetorick.

Vergobert. Vergobretus, *hoc eſt*, ſupremus exſequutor, ſummus magiſtratus. *Adr. Iun. Vel* Magiſtratus vitæ neciſq; poteſtatem habens: magiſtratus, cuius eſt ea quæ velit, in deliberationem vocare: magiſtratus cui ſumma ſit poteſtas & ſenatus habẽdi & ea proponendi, quæ viſum fuerit ad præſentem reipub. ſtatum pertinere: *quam dignitatem ij nunc in ciuitatibus noſtris habent, quos* **burgemeeſters/** *id eſt*, ciuium magiſtros vocamus. *Ioan. Becan. Verum* **Vergobret/** *eum nobis denotat* magiſtratum, cui vel poteſtas eſt ſtrangulandi. *I. Becan.* Vergobretus. *q. d.* **obereſt/** primus princeps: **werg.** i. opera, *quaſi* magiſter operum. *Franciſc. Hotoman.*

Vernulf. Vernulphus. i. veteranum auxilium. **vernum** *enim* veteranum dicitur *Germanis. Adr. Iun.*

Veromir. Veromirus, *hoc eſt*, præfectus prætoriis. *Adr. Iun.*

Verſinrick. Vercingetorix.

Verſingetorick. Vercingetorix, *apud Cæſarem, pro* **ſeer-ſin-rich/** *hoc eſt*, valde ingenioſus. *Ioan. Clauus, vel vt Ioannes Becanus explicat*, **ver-ſienichheptrich/** *hoc eſt*, diues facultate longe lateque omnia prouidendi. *vel* **ver-ſinnichept rich/** *hoc eſt*, qui prompto & ſolerti ingenio ad quæuis excogitanda abundat. *idem Becan.*

Vilpzecht. j. Vilwert. Vilipertus. *Ioan. Stumpff.*

Vilbzecht. Villibrechtus, *vide* **Philibert.**

Vertichο. Vertico. *q. d.* **vertich** *ſive* **verdich hooft/** *hoc eſt*, qui caput habet promptum & cõſilia expedita. *I. Bec.*

Vilwert/Vilprecht. Viluertus, Vilprechtus, Vilipertus, *hoc eſt*, multæ æſtimationis, auctoritatis & gloriæ. *Io. Stumpff.*

Viridomar/Vridomar. Viridomarus, Vridomarus, *hoc eſt*, pacis arbiter, *ſiue* præfectus. *Ad. Iun. Verùm Io. Stumpff. dicitur* **Fridomar/Fridmeper.** *Ioan. Auentino dicitur à* **meren.** i. augmentare.

Viſomar. Viſomarus, *hoc eſt*, prudens præpoſitus. *Adr. Iun.*

Vitig. Vitigis. *q. d.* **wittig**/*hoc eſt*, prudens, peritus. *Mart. Iſl. &* Induſtrius, prudens in re militari. *à* **witty.** i. catus, *apud Cymbros & Angloſaxones. Adr. Iunius.*

Vitomar. Vitomarus. *q. d.* **wijt-mar.** *hoc eſt*, vir latæ famæ. *Io. Becan.*

Vlfard. Vlfarus, *hoc eſt*, auxiliator, ſalutator. *Mart. Iſleb.*

Vlrick.i. Vdalrick. Vlricus, Vdalricus. *Adr. Iun. vide* **Alrich/Vulderick.**

Vlſing. Vlſingus, Vlyſſes. *Io. Auent.*

Volbert. Volbertus. *q. d.* **wolbert**/*hoc eſt*, lanuginoſus barba: cui barba eſt mollis inſtar lanæ. *Adr. Iun.*

Volckard/Volckhart. Volcardus, Volckhartus, *hoc eſt*, populi ſuſtentaculum & robur, populi columen. *Adr. Iun. Mart. Iſleb.* Demoſthenes, *vt interpretatur Andr. Althamar.*

Volckhart.i. Volckard.

Volcker. Volcherus. *virolá ☉. vt interpretatur Aud. Althamerus.*

Volckmaer. Folckmarus.

Volckwin. Volckwinus, Volckuinus, *hoc eſt*, populos vincens. *Adr. Iun. Verùm Mart. Iſlebius ſcribit* Volckwinus, *&* Volgewinus: victor populorum.

Volfran/Vulfran. Vulfrannus.

Volmar/Vulmar. Vulmarus.

Volmeper/Volmaer. Volmarus.*

Volrat/Wolrat. Volratus, *hoc eſt*, bene conſulens. *Mar. Iſleb. Io. Stump. aut q. d.* **Folrad**, *B. Rhen.*

Volwert.i. Fulbert. Volwerdus, Fulbertus. *Mart. Iſl.*

Vredegunt.i. Fredegunt.

Vridmeper.i. Viridomar.

Vridomar.i. Viridomar.

Vrſmar. Vrſmarus.

Vtel/ *vide* **Ottel,** Vto. *I. Stump.*

Vtil/Voudil. Vtilo, *diminutiuum eſt à cuſtodia & galea. Io. Auent.*

Vther. Vtharius. *q. d.* **vuder:** cuſtos exercitus. *Ioan. Auent.*

Vtherick.i. Eutherick.

Vto.i. Otto. *Ioan. Auent. vide* **Otto.**

Vue/Vue. Vuo, Ouo, Obo, Abaus, Vbā, Aba. *Ioan. Auent.*

Vulfran.i. Volfran.

Vulmar.i. Volmar.

VV

VVerdhoch. Verodoctius. *Ægyd. Schud.*

Waermond. Pharamundus, Variomundus. *q. d.* waramondus, *hoc eſt*, verum os, veritas oris, verus: *I. Stumpff. B. Rhenan. Io. Auent. vide* **Faramond & Varmond.**

Walbert. VValbertus, Gualbertus.

Walburg.i. Walpurg.

Walfrid. VValfredus.

Walther. VValtherus. *Io. Trittenhem.*

Waltrud. VValtrudis, VValdetrudis.

Walo. Vallia. *Io. Stumpff.*

Walprecht. VValprechta. i. VValwerda. *Mart. Iſl.*

Walpurg. VValpurga, VVolwerda. *Mart. Iſl.*

Wandler. Vandalus. *Io. Stumpff.*

Wandregiſel. VVandregiſilus.

Wanner. Vannius. *I. Stumpff.*

Welf. VVelpho.

Welphard/ *vide* **Velphard.**

Wenerick. Venericus, *hoc eſt*, paluſtriũ locorum diues. *Adr. Iun.*

Wentſelin/Wencelin. VVenceſlaus.

Werdrad. Frugi. *Io. Stumpff. vide* **Faſtrad.**

Werdwig. Vertico. *Æg. Schud.*

Wergobret/ *vide* **Vergobert.**

Werenfrid. VVerenfridus.

Wernher. VVernherus.

Werthrade. VVerthrada, *hoc eſt*, digna bonaque conſilia dans. *Adr. Iun.*

Weſterwalder.i. Weſterwald. Veſtiowalda. *Io. Stumpff.*

Wibert/Guibert. Guibertus.

Wicard/Wikard. VVichardus.

Wide/Guide. Vido, Guido.

Widmer. Vidomarus. *Io. Stumpff.*

Wigold/Wigoud. VVigoldus.

Wighelin. VVigelinus.

Wilfrid. VVilfridus.

Wilhelm. VVilhelmus, Gulielmus, Guilhelmus. *Germani ex duplici* **w** *prius in* **g** *vertunt. Iodot. VVillich. Verùm Ioan. Auentinus* **Willehelm/ Wilhalm/** *deriuat à* **hellen** *siue* **billen**. i. velle. *q.d.* qui vult galeam. Vilelmius *Pomponio Leto dicitur.*

Wilibald. VVilibaldus. *q.d.* **bile-walt/** *hoc est*, multis præfectus, multa gubernans. *Vel* **Wolwalt/** VVolwaltus, *hoc est*, bene gubernans. *Mar. Isl.*

Willebord. VVillebrordus, VVillibrordus.

Willehad. VVillehadus.

Wilimer/ Bilimer, Bilimerus.

Wilprecht. j. Wilwert/ Philibert.

Wilhilde. VVilhilda, Bulylda.

Windogast. VVindogastus, *hoc est*, honorandus ob victoriam. *Ioan. Becan.*

Winock. VVinocus.

Wirdtmer. j. Fridmaper. *Io. VVillich.*

Wire. VViro.

Wismar. VVismarus, *hoc est*, prudens præpositus. *vel* gnarus equorum, gnarus ductandi equestres copias. *Adr. Iunius.*

Witechund. Vitechundus. i. longè lateque notus. *I. Auent.*

Witherick. VVithericus. *q.d.* arietini gregis diues. *Adr. Iun.*

Witsineper. Visomarus. *Io. Stumpff.*

Witwer. j. Bitwar. Viduarius. *I. Stum.*

Wolf. VVolfius, λυκος, *hoc est*, lupus. *proprium nomen à Græcis sumptum, sicut* **Volckhart/ Leonhart/ Mangolt/** *&c. And. Althamer.*

Wolfard. VVolfardus. i. Bene valens, felix: beatus: fortunatus. *Ioan. Stumpf. Adr. Iunius.* cui res rectè succedit, aut qui feliciter pergit. *B. Rhen.*

Wolfart. VVolfardus, Lupinus & subdolus: indolis lupinæ. *Ad Iun.*

Wolfart. VVolfardus, *rectius* **Hulffart.** *vnde conuersum nomen* Rathulfus. *Mart. Isleb.*

Wolfard. VVolfardus. *q.d.* **Wolfhard** .i. is cui res rectè succedit, aut qui feliciter pergit. *B. Rhen. Verùm* **Wolphard/** Voliphardus *dicitur. Io. Auent. q.d.* fortis vt lupus.

Wolfel. VVolphelmus.

Wolfgang. j. Hulfgang. VVolfgangus, Hulfgangus. *Mart. Isl. &* Guolfgangus. *priore* **u** *in* **g** *mutato: sicut in* **Wilhelm.** *Iod. VVillich. sed Ioan. Auentinus* **Wolphgang/** VVolfgangus *interpretatur, q.d.* lupi incessus: **Wolph** *enim* lupus *dicitur, quem nos* **Wolf** *vocamus.*

Wolfger. VVolfgerus.

Wolmer. Valomarius. *I. Stumpff.*

Wolphram. Voliphoramus. *q.d.* luporum venator. **Wolphram** *Io. Auent. dicitur.*

Wolrat. j. Wolrat. Voleradus, Volratus. *Mart. Isl. I. Stumpff.*

Wolther. j. Walther.

Wolwerde. VVolwerda, Eucharia, gratiosa, venusta, Venus. *à* **wol/** *hoc est*, bene, *&* **werd/** *id est*, charus. *Mart. Isl.*

Wortigern. VVortigernus, *hoc est*, splendore auctoritatis acquirens. *M. Isleb.*

Wouter/ Wouther. j. Walther. VValtherus.

AVCTA-

AVCTARIVM,
PROPRIORVM NOMINVM GERMANICAE ORIGINIS ETYMA ET SIGNIFICATIONES vtriusque sexus declarans.

D. Ludolphus Potterus Groeningensis candido Lectori S.D.

GErmani veteres infantibus nomina non dabant, cùm primùm in lucem essent editi; sicuti hodie à prima natiuitate, eos, aut ab euentu, aut delectu quodam, & ex arbitrio nominamus: sed cùm ætatis progressu, possent naturæ atq; indolis suæ certa indicia prodere; tum è re puero vel puellæ nomen imponebant, quod obseruatam & quodammodo perspectam indolem significabat. Quod sapientiæ profectò ac prudentiæ est haud vanum, sed prope singulare quoddam documentum. Voluerunt enim prisci illi Theutones, probitatis, fidei ac virtutis amantissimi, sibi & suis honesta nomina dare, quorum monitu, frequentissimáque auditione, sese ac suos perpetuò ad honestatis studia, rectáque vitæ officia exhortarentur & incitarent. Quod cùm ex propriorum nominum Etymologijs euidentissimum sit, operæ pretium me facturum opinor, si Etyma à viris doctissimis perspicaci mentis acie, ac felici coniectura inuestigata, ad propriorum nominum originem & significationem faciliùs promptiúsq; cognoscendam, eis præfigeremus, vt labores nostri proficiant omnibus. Ex Francisco Irenico, & Ponto Heutero, huius studij diligentissimis cultoribus, plæraq; etiam ex eisdem autoribus, quos D. Kilianus, in compositorum significationibus explicandis, citat, desumpsi, quæ hoc Auctario, beneuolo lectori offero; ne, legendis Germanorum historiis, in quibus frequens horum nominum fit mentio, inanem operam sumat. His igitur fruere, ac vale.

A

Ard/aerd. Indoles. **Gottard.** Gottardus: bona indoles.

Albe. Semper. **Alberich.** Alberichus: semper diues.

Al. Totus. **Alrich.** Alaricus: totus opulentus.

Amal. Cœlum. **Amalfred.** Amalafreda: pax cœlestis.

Amel. Nutrix. **Amelfrede.** Amalofreda: nutritionis pax.

Anck. Adolescens, iuuenis.

Angel/Engel. Aculeum *significat, siue* limitem, *aut* cardinem. **Angelmar.** Angilomarus: augmentãs limitem.

Anse *vel* **Hanse.** Societas. **Ansegis** *vel* **Hansegis,** Societatis obses.

Athal.

Athal/Adel. Nobilitas. **Athelrÿck.** Athalaricus: nobilitatis diues.

B

Barth. Barba. **Adelbart.** Adalbertus: nobilis barba.

Brand. Hæc nomina incenſorem notant, & impulſorem. **Hiltebrand.** Hiltebrandus: amoriſtitio.

Brecht *ſiue* **Brecht.** Dignum, carum. **Adelbrecht.** Albrechtus: nobilis & carus. *Latini in bertus & pertus tranſmutant in nominum compoſitione.* **Dagobrecht.** Dagobrechtus: dignus qui ad multorum dierum ſpacia vitæ tempus extendat.

C

Coun/Coen. Audax, ferox. **Counrad/Coenrad.** Conradus: audax conſilium, conſultæ audaciæ vir.

D

Dit. Dominus. **Ditwald.** Ditwaldus: præfectus Domini.

Deud / Dud / Dÿd / Diet / Theut/ Thiet. Deus. **Deutwald.** Deudwaldus: **Theutwald.** Theutwaldus: Deus potens, diuina potentia.

Dieth. Officium, diuitiæ, *aut* præclara facta *ſignificat. Germanica nomina quæ finiunt in* **Dieth** */aut* **Died** */ Latini ea in* Theos *tranſtulerunt.*

Dietrich. Theodorus: facinorum diues, *aut* diues dei, *vel* multorum animalium. **Died/ Diederÿck.** *Hinc fecêre ſemigræcam & ſemigermanicam.* Theodoricus. *vtrumque corruptè, ſiquidem Germanica ſunt.*

F

Frÿ. Liber.

Frid. *Hæc à pace nominantur.* **Frideric.** Fridericus: diues vel amans pacis. **Fridgund.** Fredgundis: pacem ſuo fauore adducens.

G

Gard. Hortus. **Ermgard.** Pauper hortus. *id eſt*, exigui lucri.

Geis/Gis/Giſel. Obſes.

H

Hard. *à robore.* **Leonhard.** Leonardus: cui animus Leoninus: robur Leonis.

Hard. *Non ſemper* robur *ſignificat, ſed &* indolē, theſaurū, *ac* nobilitatis fontem. **Erard.** Erardus; indoles honeſtatis, *aut* honeſtati amans. **Liuard.** Liuardus: amoris Gaza.

Haue. Peculium. **Hauerÿck.** Hauericus: peculij diues.

Heir/Heer. Herus, Dominus.

Hette/Hedde/Hatte/Atte. Auo: Pater.

Hued/Huet *id eſt*, cuſtodia, *ſeu* galea.

Huld *ſiue* **Hild** *aut* **Hold.** *id eſt*, natura, indoles, *aut* amor. **Adelhold.** Adelholdus: nobilitatem amans. *Incompoſitione in bonam malamque partem accipitur.*

Hulf. Auxilium. **Landolph.** Landelphus. *q.d.* **Landhulff.** regionis auxilium.

L

Lauter. Purus. Lotarius, *quaſi* Lautarius, *à* **Lauter/Lautar.** Purus.

Luid. Populus. **Luidhulf.** Populi adiutor, defenſor.

M

Man. *id eſt, A* viro *quædam nomina ducuntur.* **Hartman.** Carolomannus.

Marc *vel* **Merc.** Limes eſt.

Mer. *à fama.* **Filmer.** *vel ab augendo* **Luitmer.** Litomarus: populum augens. Marus, *aut in* Marius, *quæ exeunt, præfectum magiſtratus ſignificant, aut quoddam augmentum.* **Waldomar.** Valdomarus: præfectus ſiluæ. **Adelmer.** Adalomarus: nobilitatem augmentans. *hæc à* **meeren** */ id eſt, ab augmentando dicuntur.*

Meyer. Maior, præfectus. **Conmeyr.** Conomarus. Audax præfectus.

Mund. *ab oris pulchritudine, vel à fatu.* **Adelmund.** Adelmundus: os nobilitatis. **Sigiſmund.** Sigiſmundus: os victoriolum.

O

Oede. Incultus, deſertus. **Odacker.** Odacer: ſterilis ager.

P

Pÿrecht. Poteſtas, dignitas.

R

Rad. *à conſilio.* **Chunrad.** Conradus. **Roen in radt.**

Retten. Liberare, ſaluare.

Rich. *à diuitiis.* **Henrich/ Hauenrich.** Opulentiam *ſignificat.*

S

Sige/Sege */ aut* **Zege.** Victoria.

Sigebot/ *aut* **Segebot.** Segibothus: victoriæ nuncius.

V

Vl. Totum *significat.* Vlrichus: totus diues.

VV

Wald/Walt. Potestas. **Romwald.** *q.d.* **Roemwald.** Romwaldus: potestatis gloriam habens.

Weert. Charus.

Win. Vincens. **Luitwin.** Luitwinnus: populos vincens.

Quædam nomina à Græcis originem habent ipsa compositione: vt, δημοδίνης. *nos* **Volckart.** λεωκράτης. **Leonhart.** χρύσωνδρος. **Mangolt.**

Wol. Bene.

VIRORVM NOMINA.

A

Adeldagh. Adeldagus: dies nobilis, felix.

Adelprecht. Adelprechtus: maiorum dignitas, honor.

Adelwaert. Adelawardus: nobilis, gratus hospes.

Alberedt. Alberedus: ad omnia paratus.

Alhart. Alardus: firmus, robustus.

Aluerhart. Aluerardus: obstinatus, pertinax.

Alwin. Alcuinus: vndiq; rem faciens.

Amalberg. Amalaberga: mons cœlestis.

Armgast. Armogastus: hospes pauper.

Arenhold / *vel* **Arnhoud.** Arnoldus: aquilis abundans sylua.

Arnold/ Arnoud. Arnoldus, *ac si diceres* **Ernhold.** Honestatis amans.

Arnhulf. Arnulfus: aquilinum auxilium.

Audeel. Audoëlus: antiqua nobilitas, antiquatores.

B

Balrijch. Balricus: subitò dives.

Bartijn. Bartinus: barbatus, adultus.

Benne. Benno: existens, sempiternus.

Berthold/Berthoud. Bertholdus: Bertam tenens seu amans.

Berthulf. Berthulfus: Bertam iuuans, defendens.

Bertwald. Bertwaldus: Bertam violans.

Blimar. Blimarus: boni rumoris author.

Boesmond. Boëmondus: os prauum, maledicum.

Boothulf. Botulphus: famulorum auxilio dives.

Breithard. Breithardus: cor amplum, magnificum.

Brupn. Bruno: fusci coloris.

Burghart. Burghardus: cor arcis instar firmum.

C

Carl/Carel. Carolus: durus, fortis.

Cheribert. Cheribertus: *vide* **Herbert.** *q.d.* **Herwert.** dignus præfectura exercitus.

Choun/Coun. Chuno, cuno: audax, ferox.

Chulbert. Chilbertus. *vel* **Childebert.** Childebertus: rutilis barba.

Chulprecht. Chilprechtus: aurea dignitas.

Clotard. Clotarius, *corruptè, à* **Gloothart** animo magno atque excelso.

Cunibert. Cunibertus: audaciam præ se ferens.

D

Dagprecht. Dagobertus: Dei *aut* diuina dignitas.

Dode. Dodo: mortuus. *à colore dictus.*

Dodeschijn. Dodechimus: mortis vmbra.

Dunentijc. Dumnorix Cæsaris: multorum collium possessor.

E

Eberhard. Eberardus: præfectus, legatus, *vel* verrinus ingenio.

Egbart. Egbertus: Barba rara.

Egenwin. Eguinus: singularis ac proprij lucri studiosus.

Elaerd. Elardus: indoles honestatis amans.

Erenbol. Erimboldus: caput honoratum, honore dignum.

Erijc. Ericus: gloria & honore abun-

abundans, honoribus illustris.

Ermenfred. Ermenfredus: pax miserac, alamitosa.

Ermgard. Ermgardus: hortus pauper, & exigui quæstus.

Ernst. Ernestus, Cæsari Arionistus: prudens, efficax, diligens: honestatis plenus.

F

Folrad. Folradus: plenus consilij.

Folbart. Folbertus: Barba densa, plena.

Fraihil. *corruptè* Pharahildis: elegans indoles, natura.

Framund. *corruptè* Pharamondus: ab oris dignitate ac gratia dictus.

Franc frp. Francus, ingenuus, liber.

Fredegans. Fredegandus: totus pacificus.

Fredegern. Fridigernus: pacem amās ac sectans.

Frederic. Fredericus: diues pacis, pacificus.

Fremond. Fremondus: os pacificum, paci studens.

Fribert. *corruptè* Philibertus: Bertam amans, ambiens.

G

Gairbald. Garibaldus: diligentissimus.

Garbrant. Garbrandus: igneus, ardens.

Gaudcrijc. Gaudericus: auri diues.

Geberhart. Geberhardus: animus liberalis.

Geberijc. Gebericus: largus, liberalis.

Geldaert. Gildardus: indole alacri.

Gelsont. Gelsondis: valetudo bona, firma.

Gerlaken. Garlacus: pannus integer. Nomen metaphoricum, significans talem hominem.

Gertbold. Gertholdus: Gertam tenens, amans.

Gild. Gildus, alacer, promptus. *Hinc componuntur* **Ermgild / Rijcgild.**

Giraerd. Giraldus, *vel* Gerardus: indoles vulturina, *id est*, rapax, vorax.

Godeleuen. Godelauus: vita otiosa, mollis, desidiosa.

Godehart. Godehardus: cor ac animus diuinus.

Godomar. Gundimarus: boni rumoris author.

Goetaert. Gotardus: bona ac innocens indoles.

Goofwin. Gosvinus: diuitiarum aceruator.

Gotefred. Gotefridus: pax diuina.

Gotschalc. Gotscalcus: bene in rebus diuinis versatus, diuina ratione cautus, strenuus.

Grimbald. Grimbaldus: ad iram pronus.

Groot-ald. *corruptè* Clodoaldus: ætas decrepita.

Guldhelm. *corruptè* Guilihelmus, *vel* **Willem.** VVilhelmus: deaurata cassis ac galea, quòd talem capite gerebat.

Guldebart. *corruptè* Guibertus: barba aurei coloris.

Gundmar. Gummarus: boni rumoris author.

Gundibald. Gundibaldus: bona ac oportuna festinatio.

Gundalt. Gundaldus: vegeta senectus.

Gutlah. Gutlacus: compotatio, *aut* conuiuium exigui sumptus.

Guntraat. Guntranus: bonum, syncerum consilium.

Gijsbert. Gisbertus: Gisam ardens, ambiens.

H

Haasthulf. Hastulfus: festinum auxilium.

Harald. Haraldus: crines antiqui, cani: coma moris antiqui.

Hartman. Hermannus: vir fortis, durus, robustus.

Heinhold. Heinholdus: prouinciæ Lucus.

Heinric. Heinricus: amplos possidens agrorum limites.

Helmond. Helmoldus: os tartari.

Helt. Helto: adolescens, *aut* puella calidi cordis, animosa.

Herbrand. Herbrandus: herum ardenter amans.

Herebert. Herebartus: *barba Heroica*, dignitatem præ se ferens.

Hillebrand. Hillebrandus: Hillam ardens, amans.

Hildehulf. Hildehulfus: bonarum indolum promotor.

Hulfs

Huiſprecht. Hubertus: domeſtica dignitas, laus.

Hunfred. Hunfredus: vicinorum pax.

I

Induitſmaer. Induciomarus. *Cæſaris.*

Iiſbrant. Iſbrandus: Iſam ardens, ambiens.

K

Katisfolc. Catiuulcus. *Cæſaris*: populus miſer.

Ketille. Cetillus: qui facilè titillatur, commouetur.

Kounhelm. *corruptè.* Cenelmus: inſigni galea fidens.

Kundigund. Cunigundis: bona ac prudens audacia.

L

Lancfranc. Lancfrancus: diuturna ac antiqua libertas.

Landalt. Landoaldus: antiqua prouincia.

Landwijn. *corruptè.* Landelinus: terrarum domitor.

Landprecht. Lambertus: ditionis ac prouinciæ potentia, ſcutum.

Landric. Landricus: multorum agrorum poſſeſſor.

Lau. Laudus: tepidus, ignarus parium ac factionum.

Laubulf. Laudulfus: tepidum ac paruum auxilium.

Laumaer. Launomarus: tepidus ac ſubfrigidus de aliqua re rumor.

Leeubard. Leobardus: barba leonina.

Leeumond. Lemontius: os leoninum.

Leeupold. Leopoldus: pes leoninus.

Leenwenhart. Leonhardus: cor leoninum.

Loothart. Lotharius: cor plumbeum, *id eſt* molle.

Lootwijch. Lodowicus: vicus plumbo abundans.

Luithulf. Ludolfus: populi adiutor, defenſor.

Luitprant. Lutprandus: homines in ſui amorem ardens excitator.

Luitwijch. Ludowicus: via popularis.

Lutfred. Luitfridus: pax populi.

Lutgier. Lutgerus: populi imperium affectans.

Luthard. Luthardus: cor populi.

Luthold. Lutholdus: Lutam tenens, ambiens,

M

Maerſcalc. Marſcalcus: cautus limitū præfectus.

Manfred. Manfredus: pax virilis, firma.

Manhard. Manardus: virilis animus.

Marcmaier. Marcomirus: finium præfectus.

Marthulf. Marculfus: Martis auxilium.

Medart. Medardus: animoſus cum cæteris multis.

Medehulf. Medulfus: ſocius, auxiliator.

Mederijc. Medericus: inter alios diues, opulentus.

N

Noodburg. Notburga: arx periculoſa, aut in extrema neceſſitate refugium præbens.

Nootmeier. Nodomarus: præfectus neceſſarius.

Noztbert. Nortbertus: lignum aquilonare, homo ita ſtupidus.

O

Oltgoetrijc. Orgetorix. *Cæſaris*: antiqua iuſtè poſſidens bona.

Othmaer. Othmarus: ſparſus ab Ottone rumor.

Othulf. Odulfus: Ottonis auxilium.

Otwin. Otwinus: Ottonis victoria.

P

Pippin. Pippinus: proprij commodi ſtudioſus.

Plechelm. Plechelmus: *A* Galea *diuerſis coloribus* variegata *dictus.*

Puppe. Poppo: vir ſe inſtar puppas comans.

R

Rampprecht. Rambertus: laudis ac honoris dignitas.

Ratbode. Ratbadus: nuncius diligens, celer.

Ratfreid. Ratfridus: pacem ſuadens.

Rathair. Ratherus: conſilij præſes, præfectus.

Rathulf. Radulfus: conſilio iuuans.

Reinbart. *corruptè.* Reinbartus: barba pulchra.

Reineer. Reinerus: ſyncera laus, honor verus.

Reinhart. Reinardus: animus integer, ſine fraude.

Reinheer. Reinherus: probus & æquus herus.

Reinier. Reinirus: puris renibus, *id est*, callus.

Reinolt. Reinoldus: casta, pura senectus.

Rijchair. Richarius: insigni coma ditatus.

Rijcmar. Rigomarus: rumor opulentus, *id est*, opulentiam promittens.

Rolant. Rolandus: terra rubra.

Root-dier/Rogier. Rogerius: animal rubrum.

Rothulf. Rotulfus: cohortis præsidium.

Rouhart. Ruwardus: cor & animus pœnitens.

Ruichbart. Rupertus: barba hispida, pilosa.

Ruimholt. Rumoldus: sylua rara, infrequens.

S

Scarpzecht. Scaprechtus: ius summũ, ad vnguem examinatus.

Scildric. Scildericus: scutato abundãs milite.

Sigebart. Sigibertus: barba victoriosa, posit victoriam videlicet sumptam aut depositam.

Sigefreid. Sigifridus: pax fœlix, boni ominis.

Sigismond. Sigismondus: os victoriosum, *hoc est*, de omnibus bene loquens.

T

Tankrecit. Tancredus: laborãs è dentibus.

Thietart. Theodardus: diuina inspiratione audens.

Thietdolen. Theodolus: diuina ope non errans.

Thiethulf. Theodulfus: diuinum auxilium.

Thietmaer. Thietmarus: rumor diuinus.

Tietberg. Tietberga: mons diuinus, sacer.

Tietzecht. *corruptè.* Theobertus: diuina potestas, dignitas, laus.

Tietrijc. *corruptè.* Theodorus: abundãs gratia diuina.

V

Vbald. Vbaldus: cito tuus, *scilicet* futurus.

Volchart. Volcardus: populi cor, *id est*, robur.

Volcher. Volckerus: populi dominus.

Volmar. Vulmarus: plenus rumorum aut rerum nouarum.

VV

Waldemair. VValdemarus: rumor violentus.

Walderaat. VValderanus: consilio pollens.

Walfreed. VValdefridus: pax tenera, *id est*, mollis, instabilis.

Walpert. VValpertus: valli munimentum, robur.

Walrijc. VValeric⁹: diues oppidorum vallis cinctorum.

Waltheer/Woutheer. VValtherus: syluæ, nemoris dominus, præfectus.

Wanijng. VVaningus: opiniator, variis deditus opinionibus.

Warmbolt/ *aut* **Warmenbaut.** VVermebaudus, VVarboldus: brachia calida, *id est*, delicata.

Warnar. VVarnerus: planè stolidus, fatuus.

Werenfreed. VVerenfridus: pacis impeditor, euersor.

Wibrant. VVibrandus: latè spargens flammam sui desiderij.

Willebort. VVillebordus: voluntarum explorator.

Willehad. VVillehadus: planè voti compos.

Wimont. VVimo: os patulum.

Winoc. VVinocus: felix in rebus agendis.

Winzin. VVinzinus: sensuum humanorum conciliator.

Witekint. VVitekindus: puer candidus, albus.

Wolbart. VVolbartus: barba lanea, prima lanugo.

Wolffang. VVolfardus: Luporum captor, domitor.

Wolfgang. VVolfgangus: incessus Lupinus.

Wolfhelm. VVolfhelmus: galea Lupina, *scilicet* eius pelle tecta.

A

Aal/Ael. *diminutiuum,* **Aelken.** Adelheidis: nobilis, præclara.

Adelacht. Adelegia: nobilitatis dignitas.

Adelgund. Adelgundis: antiqua probitas.

Adelhild. Adelhildis: nobilis indoles.

Altru/Aldetru. Altrudis: antiqua, *id est,* constans fides.

Amalfred/ *vel* **Emelfred.** Amalafreda: pax cœlestis.

Aude/Autgen. Auda: prouectior ętate.

Auerzoet. Auezuta: dulcissima, omnino suauis.

B

Baert. Barbata: barbam gerens, *id est,* adulta.

Baldegond. Baldegondis: matura ac præcox bonitas.

Balthild. Balthildis: alacris ac matura indoles.

Bathild. Bathildis: lucro dedita indoles.

Becce/Begge. Begga: ore venustatem præ se ferens.

Belie/ *corruptè, à* **Beelde.** Belda, *aut* Belia: imaguncula.

Berte. Bertha: digna.

Blijthild. Blitildis, Blichildis: læta ac hilaris indoles.

Brecht/à Precht. Brechta: grauis, dignitate plena.

Bruinhaut. Brunehuta: fuscæ cutis fœmina.

Bruneschild. Bruneschildis: à clypei fuscedine dicta.

C

Conigilde. Chunigilda: regis amor.

Conne. Cunera: audacula.

Cunigund/ *vel* **Kundigund.** Cunigundis, Chunigunda. *q. d.* **Coning gund.** regis fauor.

D

Dode. Doda: mortua. *à colore dicta.*

E

Edeltru. Edeltrudis: fides clara ac nobilis.

Elstruit. Elstruidis: stirpis nobilis, illustris.

Erlieue. Ereliua: honoris ac pudoris studiosa,

Els. *diminutiuum,* **Elsken.** Elsa: fragilis: *vt hoc ligni genus.*

Elure. Elura: hora præclara, boni ominis.

F

Fasteraat. Fasterada: consilij constantis ac tenacis.

Fredegund. Fredegundis: pax bona, syncera.

Fredewijt. Fredeswida: amplam possidens pacem.

G

Gardzud/ Gerdrud / Gertrud. Gertrudis: quæ omnia fidit.

Geisel/Gisel. Gisella. *q. d.* obses.

Gheert. *diminutiuum,* **Gheerthen.** Gherta: petitrix, desideratrix.

Godebaert. Godebarta: Berta bona, honesta.

Godelieue. Godeliua: deo chara.

Gudele/Goedele. Gudela: pars bona, felicem partem sortita.

H

Halinne. Halina: omnia sua faciens.

Heetwijch. Hedwigis: cunas ardenter agitans.

Heile. Heila: beatrix, liberatrix.

Hildegard. Hildegardis: bonarum indolum custos.

Hildegrond. Hildegrondis: profunda indole prædita.

Hiltru. Hiltrudis: indole fideli, aperta.

I

Ide. Ida. *Nomen veteris Teutonum Deæ.*

Ingund. Ingondis: omnino tota bona, ac proba.

Ise. Isa: glacialis, *id est,* frigida.

L

Landhilde. Landhilda: patriæ amans.

Leeuinne. Leuina: leæna.

Liefwijf. Liedewildis: fœmina ad tolerantiam nata.

Luite. Luta: popularis, familiaris.

Luitgarde/Lutgard. Luitgarda, Lutgardis: populi hortus.

M

Machtilde. Machtildis: robusta natura, virginum Heroina.

Malberch. Malaberga: mons stultorum.

Malhute. Malhuta: cute, carne, fatua, laſciua, ſalax.

N

Naecthilde. Nanthildis: nuda, aperta indoles, *ſeu* natura.

O

Oltcommer. Outcommera: vetus, antiquum debitum.

Ontcommer. Ontcommera: debitis ac oneribus liberata.

Oſterbert / Auſterbert. Auſtreberta: Berta orientalis.

Oud. Ouda, Oda: ſenior.

P

Puiſin. Puſinna: *felis nomen puellis datum.*

R

Ragenfreid. Ragefredis: pacem pluēs, *ſcilicet*, eloquenti lingua.

Rangetru. Rangetrudis: anguſta, ac dubia fides.

Regenſwijt. Regenſwida: generalis pluuia. *fœminæ nomen, cuius garrulitas omnibus nocet.*

Reinhelt. Reinaldis: probitas virilis, animoſa.

Rijcgild. Rijcgildis: alacritate abundans.

Rijchild. Richildis: indoles magna.

S

Soet. *diminutiuum*, **Soetken.** Zuta: dulcis.

Stilchild. Telechildis: modeſta indoles, natura.

V

Veelleets. Velleda: infelicium ominum vates.

VV

Walburg. VValburgis: arx munitiſſima, huius conſtantiæ fœmina.

Walraat. VValrada: bene conſulens.

Waltru. VValdetrudis: fides inſtar valli firma.

Welberade. VVelberada: bonum ſequens conſilium.

Wilde. VVildis: fera, agreſtis, dura.

Witeburg. VViteburga: arx ampla. *fœminarum nomina allegorica.*

NOMEN-

NOMENCLATIONES ANIMALIVM QVADRVPEDVM, VOLATILIVM, ET PISCIVM.

Lectori D. Ludolphus Potterus Groeningensis S. D.

DElegi, candide lector, Animalium quadrupedum, volatilium, ac piſcium nomenclaturas, quæ ad ſupellectilem vberem & fœcundam linguæ Latinæ, atque ad eruditionem inſtruendam plurimùm mihi habituræ momenti viderentur. Integram verò & exactam animalium deſcriptionem, quia à multis viris doctis ſuſcepta eſt ex profeſſo, non inſtituo, verùm ſuis eam autoribus relinquo; niſi quod de illis tantùm, quantùm docentibus in ludis ac diſcentibus conſtare, adprimè vtile ac neceſſarium eſt, breuiter indico, ne ſtudioſi rerum optimarum cognitione fraudarentur. Quod certè fieret, ſi quis eos remitteret ad fontes, hoc eſt, immenſa autorum volumina, quibus res tantæ, támque variæ, & accuratè & copioſè explicantur. Hæc quidem D. Kiliani lucubrationibus cenſui adiungenda, quòd multa appellationum occaſione adiiciantur, inſtituto labori conuenientia, ſcitúque digniſsima, vti lector æquus animaduertet ac probabit.

NOMINA ANIMALIVM quadrupedum.

A

Ape/Apinne. Simia. Simi⁹. *Apud poëtas nominatur, à* ſimis naribus, *id eſt*, preſſis: *aut* Simiæ *quaſi* mimæ *dicuntur, id eſt*, imitatrices, *quòd æmulæ ſint actionum hominis. Hinc Ennius citante Nonio: Simia quàm ſimilis turpiſſima beſtia nobis. Sunt autem diuerſorum generum, & cum accidentibus quibuſdam, tum vel maxima faciei figura inter ſe diſtinguuntur.* Simiæ *ſimpliciter ſunt, quæ hominis referunt faciem.*

Gebaerde Ape. Callitriches: Simiæ *ſpecies eſt. Dicta à* barbitio, *quòd* τριχας *Græci vocant: differt à cæteris Simiis toto aſpectu. Barba eſt in facie, cauda latè fuſa priori parte.*

Hont-ape. Cynocephali: *quæ canis faciem habent.*

Meer-katte/Meer-ape. Cercopithec⁹: *eſt* Simia caudata. *Germani* Maris Simiã *vocant, ideo quod tranſmarina fere appellent illi quæcunq; peregrina ſunt.*

Verckens-ape. Chœropitheci: quæ porci faciem reddunt. *Has Gaza* Simias porcarias *nominat.*

Vos-ape. Simia vulpina: *anteriore parte vulpẽ, poſteriori Simiam referens, Cercopitheci cauda, veſpertilionis aurib⁹, manibus huma-*

humanis, natos filios vtero exteriore tanquã magna crumena gestans. Gesnerus his addit duo genera Simiarum. Satyrus, Simiarum est genus pernicissimũ, tum quadrupes, tum rectè currens humana effigie, non autem hominum genus, quod credere puerorum est. Sphynx, Simiarũ generis animal est, fusco pilo, nammis in pectore geminis. Animal in Æthiopia natura mitissimâ. Sed Sphynx monstrum poëticum est, & fabulosum.

B

Beer/Beers. Vrsus, quasi Orsus. *Animal ab informi sic appellatum figura qua nascitur, actum demum lambendo (si vera sunt, ea de re quæ ab autoribus narrantur) à matre complatur. Siquidem ad commendandam industria atque assiduitatis vim, similitudinem illam autores nonnulli arripuisse videntur. Atq; hinc de Virgilio natum illud esse, se Vrsæ more versus suos parere primùm, sed deinde formare & perficere, laboriosè scilicet retractando & emendando. Vide vitam Virgilij.*

Water ofte zee-beer. Vrsus aquaticus, colore albo. *Cuius coloris in oceani insulis, ac præcipuè Islandia, Vrsi magni ac sæui reperiuntur. Vrsus hybernis mensibus somno se pascit, ac tempore sui latibuli nihil edit: sed ex eo egressus, herbã Arum (Aron) degustat, vt intestinum inedia contractum & corrugatum rursus laxet. Aristoteles.*

Brandhert. Tragelaphus. *vide* **Hert.**

C

Cameel/ofte Kemel. Camelus. *Dicitur κάμηλος, velut κάμπτηρ, quia μέσους κάμπτει τοὺς μηροὺς, hoc est, femora media inflectat, cùm ad sedendum cubandúmve se demittit. Belua inter bisulca maxima, longo & gracili collo, capite exili, altis cruribus, amplo pectore & villoso, tuberibus in dorso binis vt Ephippia eminentibus, colore fusco, qui & Camelinus dicitur. Plinius scribit, sitim hoc animal tolerare posse quatriduo, vnde & sitiens à Persio dicitur.*

Indiantsche Cameel/ofte Cameel ende Panterssche ghestachte. Camelopardalis, *animal à Cameli figura & maculis Panthera (Pantherã enim Græci Pardalin vocant) dictum, Varrone teste.*

Loop-Cameel. Camelus dromas. *vulgò* Dromedarius. *Cameli species est Arabica, à cursu seu velocitate sic appellata. Cameli Dromedarij sunt Cameli minores, omnia reliqua cum Camelis habentes communia.*

Chameleon. Chamæleon. *India animal quadrupes, facie lacerta, corpore toto aspero cuiusmodi Crocodilo est, murẽ quem Rattum dicunt, magnitudine & cauda refert, & lacertum, quem reliqua specie bona ex parte repræsentat. Animal pauidũ, colorẽ suum mutat, inflatus, pro corporis cui adhæret ratione, idque in timore potissimùm facit. Habet enim paucas in corde tãtùm sanguinis guttas: quæque sunt sanguine exiguo animalia, omnia frigidiora sunt; quæ frigida, idem & timida. Hinc, Chamæleonta mutabiliorem, prouerbiali dicimus figura, versipellem, inconstantem, ac tempore sese vertentem in omnem habitum, cuiusmodi Atheniensem fuisse legimus Alcibiadem.*

Ciuet. Cibeta, *quæ & Ciuetta Arabico nomine dicitur. Animal ab odoratis excrementis notũ. Gesnerus* Zibethi feles, **Zibethkatte** *nominat. Est enim* Zibethum, *aut* Zibettum, *odoramentum musco assimile odore, nascens in vtriculo testiculorum felli non absimile.* Catos *vocat hæc animalia ex Syria delatos Matthiolus.*

Crocodil. Crocodilus. *Animal quadrupes, ex genere amphibiorum, dictus ἀπὸ τοῦ κροκίζεσθαι κρόκον, quod croci reformidet nidorem. Animal est Ægypti, timidum, natura improbum, fallax, & ad rapinas faciendas, insidiasq; comparandas acerrimum ac promptissimum. Nascitur ex ouo, magnitudine oui anserini, vnde excrescit in horrendam magnitudinem ad cubitos vsque quindecim, vel etiam sexdecim. Sunt qui Crocodilum tamdiu augeri asserunt, quamdiu viuit. Squamis præduris, ostreorum modo, animal illud totum obducitur, & cute est contra omnes ictus inuicta. Solus bestiarum eliguis. Plinius, interdiu in terra, noctu in aquis degere Crocodilum, scripsit, tepentis vtrumque ratione. Noctu enim tepidiorem aquam experiuntur. Ad hæc, Crocodilo visus in aqua hebes, extra acerrimus. Omne Crocodili robur in cauda situm, qua captum vincit, ac mox cõficit. Hominis imprimis insidias struit, ac discerptũ deuoratúq; deplorat. vnde Paræmia orta, Crocodili lachrymæ.*

D

Dasse. Meles, *vel* Melis. *Officinis* Talus, *vel* Taxus, *animal medium inter Vrsum & Suem, Galeno teste. Dictum à melle, cuius auidissimum esse ferunt.*

Dos

Dromedaris. *vide* **Loop-Cameel.** Camelus Dromas. *in dictione* **Cameel.**

E

Eeghel. *vide* **Yser-vercken.**

Eenhoren. Vnicornis, Monoceros. *Fera atrociſſima, ac ſolitaria, in montibus excelſis, vaſtiſq; ſolitudinibus errans, vnicum cornu in media fronte gerens, cubitorum duorum longitudine, in acutiſſimum mucronem deſinens. Reperitur in India, Indiæq; vicinis deſertis. Vnicornes gemini ab Imperatore Turcico, in vrbe Arabiæ Mecha, ſepulchro & delubro Mahometis celebri, aſſeruantur, & miraculi loco oſtentantur: quorum maior cornu habet in fronte vnicum trium cubitorum. Geſnerus in hiſtoria animalium: Monocerotis cornu in maximo eſt pretio, quia venenis reſiſtit, & multis difficilibus morbis ex conuulſione ortis medicina eſt.*

Eeckhoren. Sciurus. *Animal ſic appellatum à tegumento caudæ villoſæ, qua ſupra dorſum reflexa ſe tegit & inumbrat. Sciuri tempeſtates præſagiunt, obturatiſq; qua ſpiraturus eſt ventus cauernis, ex alia parte fores aperiunt. Plinius.*

Elephant. Elephas. *Græcum & Latinum vocabulum. Cicero alēq́ boni autores* Elephantus *dicunt. Sabina lingua* Barrus *vocatur, vnde & Ebur dictum putāt, quaſi è* Barro. *Animalium terreſtrium maximum, docile, clemens, prudens, memoria valens. Mures maximè oderunt Elephanti.*

F

Fret. Muſtela ſylueſtris. *vulgò* Viuerra, furo, *quod genus facillimè cicuratur, albedine partis inferioris, morum aſtutia Muſtelæ ſimilis, aliearibus officit, mellis enim auida eſt.* Muſtela domeſtica, **Weſel** *vulgò dicitur.*

H

Hondt/ oft Teue. Canis. *animal φιλάνθρωπον, quare & κύων Græcis dicitur, à κύειν, amare.*

Bracke/ Spoor-hondt. Canis odoriſequus, ſagax, odorus.

Baſtarde windt/ half windt. Canis hybris, *vel* hybrida, ex venatico & gregario natus.

Dupnhondt. Vortagus: Canis qui ſua ſponte exit, domumq; prædam reportat. **Die voor hem ſelfs iaeghet.**

Engliſche Dogghe. Canis Molo-ſus. *Molοſſi, gentes Epiroticæ, fœcunditate canum generoſorum celebres.*

Gouchelaers hondt. Canis mimicus, qui mimorum vel hiſtrionum operibus ſubſeruit.

Haeſewindt/ wind-hondt. Canis venaticus.

Hupſ-wachter / Hupſ-rekel. Canis domeſticus, villaticus, villæ cuſtos.

Ioffrou hondeken. Catellus Melitæus: *qui ad fœminarum delitias ex inſula Melita, quæ vulgò Malta vocatur, Romā aduehi ſolet.*

Legge-hond / Vogel-hondt. Canis coturnicum.

Schaep-herders hondt. Canis paſtoralis, pecuarius, qui oues à lupo-rum iniuria defendit.

Scheepſ-hondt. Canis nauticus, qui mercium in naui cuſtos eſt.

Water-hond. Canis villoſus, aquaticus, qui plærumque villoſus.

Canum nomina vtriusque ſexus, ex Ouidio, Iunio, aliiſq; autoribus, conſcripta.

Al-vraet/ ſlock. Pamphagus, omniuorus.

Baſſer/ wachter. Hylactor, Hylax: *à latratu.*

Baſſerken/ Gupter. Canache. παρὰ τὸ κναχεῖν, *quod latratu perſtrepat.*

Bergh-hondt. Oreſitrophus: montibus innutritus.

Bergh-klemmer. Oribaſus, montiuagus.

Beſchiegen. Anyte: *à perficiendo, quòd herilibus votis in venatu reſpondeat.*

Blanck/ witken. Leucon: *à pili candore.*

Blicktandt. Aglaodos: *ab inſigni dentium nitore.*

Bonte hond/ Schimmel. Stricte: *quaſi* maculoſa & punctis interſtincta.

Boſch-hondt. Nape: *quòd ſaltus, qui νάπαι dicuntur inerret.*

Gautgen/ Hiet toe. Dorceus: *à perſequendis Damis, quas Græci δορκὰς vocāt: vel ab oculorum acie, quaſi* Derceus, *à δέρκω.*

Grijp. Harpalus: *quaſi* abundè rapax.

Guntere. *vide* **Baſſerken.**

Haeſt-op/ Snel. Podargas, *à pernicitate pedum.*

Haſe-windt. Leporarius, *ab indagando & capiendo, vel* lagon, *à venatu leporum.*

Jachtken. Agre: canis venaticus & venatica.

Leuken. Charon. *Æſchylo χάρων, quaſi* Leunculus *à ſuauedine Leoni peculiari.*

Loopaert/Snel. Dromas: *à curſu pernici.*

Moor/mozelle. Aſbolus: *à fuligine nigra.*

Pijl Snel/Vleich. Tigris: *à velocitate ſagittæ ſimili, quæ Tigri rapidiſſimo Hyrcanus amnis nomen creauit.*

Raſch/Snel. Argus, Vlyſſis canis: *à candore, vel à velocitate curſus.*

Raue. Corax: *à coruina nigredine.*

Rehe-hondt. Nebrophonus: hinnulorum pernicies.

Rupgèrt/Rupch-haer. Lachne, *quaſi* villoſus, *ab hirtis villis.*

Schaep-wachters hondt. Pœmenis: gregis cuſtos, *quaſi* paſtoricia canis.

Schiminel. *vide* **Bonte-hondt.**

Slit toe. *vide* **Gautgen.**

Slock/Wolf. Harpyia: *à rapacitate ſingulari.*

Slupmer. Læthargus: clanculũ mordens.

Snel/ *vide* **Haeſt-op.**

Snelle. Thous, pernix.

Spoor-hondt/Spoor-volgher. Ichnobates: feræ veſtigiis inſiſtens.

Sterck. Alce: *à roboris præſtantia.*

Swartgen. Melaneus & Melancheres: *à nigris villis, quaſi* atripilus.

Swart-voet. Melampus, nigripes.

Vleich. Aello: *ab impetu.* ἄελλα, *hoc eſt,* procellæ, non abſimili.

Vleich/Snel. Labros: *à rapida velocitate:* Pterelas, *quaſi alis actus.*

Voſgen. Lampurus: *à candæ nitore, aut vulpina ſpecie.*

Wachter. *vide* **Waſſer.**

Wilde-hondt. Theron ferinus: *à feræ indagine, aut à truci aſpectu.*

Windt/Vleich. Lælaps: *ab impetu turbinis in orbem veloci.*

Witſtert/ *vide* **Voſgen.**

Witten/ *vide* **Blanck.**

Wolf/ *vide* **Slock.**

Wolfken. Lyciſca: *veluti* Lupi progenies.

Woudt-hondt. Hylæus, *quaſi* ſyluaticus.

Hert. Ceruus. Cerui *dicti, quòd magna cornua gerant.*

Hinde. Cerua. *Animal vinax, imbelle, ac formidoloſum.*

Jong hert. Ceruus ſubulo, *cui prima erumpunt cornuum tubercula, habentq; cornua ſimplicia, minimeq; ramoſa, ad ſubularum ſimilitudinem.*

Biand-hert. Tragelaphus: *ex hirco & ceruo nomen inuenit. Nam hirci quidem inſtar videtur eſſe barbatus, cerui gerit ſpecie, ceruinus ipſi color, ſed nonnihil nigreſcens, quod & nomen Germanicum indicat. Eſt enim denſioris & nigrioris pili.*

Los/Lochs/Luchs. Ceruarius lupus. Lynx *quoq; dicitur: vnde Germanici* **Luchs.** *Fera acutiſſimi viſus. Excrimenta eius, quam ſub terram ſemper occultat, naſcitur lapis pretioſus,* **een Luchs ſaphir** / *quaſi* Lyncis ſaphirus. *Georg. Agricola.*

Peerd-hert. Hippelaphꝰ: *animal equo & ceruo ſimile, vnde nomen factum.*

I

Jiſer-vercken/Eghel-ſwijn. Echinus, *qui &* Erinaceus, *&* Herinaceus *dicitur: animal terreſtre cuniculi magnitudine, ſed ſpecie porcina, aculeis vallatus, quemadmodum Hiſtrix eſt. Inſidias ſibi fieri ſentiens, conuoluitur in formã pilæ, ne quid comprehendi, præter aculeos, poſſit.*

Swijn-eghel. Alterum genus Echini, roſtrum habens cani ſimile.

L

Loſch/Luſch. *vide* **Los/Lochs/Luchs.**

Luppaerd. Panthera, Pardalis, *vulgò* Leopardus: *animal ferum & maculoſum, Syriæ & Africæ peculiare. Maſculus appellatur* Pardus. *Latini* Variam *nominarunt, propter pellem maculoſam. Fera eſt Leoni capite ſimilis, & membrorum formã, minor tamen.*

M

Marder/Mater. Martes, is, fœm. *Fera exigua, ex genere Muſtelarum ſylueſtriũ, cuius pellis in magno eſt pretio: dicitur* Martes Scythica, Muſtela Scythica, Muſtela Sobella, *vel* Zobella: *genus eſt Muſtelarum omnium pulcherrimũ & nobiliſſimum. Pelles nominantur,* **Zabelen oft Marteren bellen.**

P

Peerd. Equ⁹, caballus: *animal generoſum, atque inter quadrupedes vtiliſſimum, multis modis, humanæ vitæ, ingenij ſimul & corporis viribus.*

Achter-wt-ſlaende peerdt. Equus calcitro.

Afwerpende peerdt / oft ketelich peerdt. Equus ſternax, qui ſeſſorem dorſo excutit.

Appel-grauw peerdt. Equus ſcutulatus.

Bruyn / Caſtanien-bruyn peerdt. Equus ſpadiceus.

Cort-boſtich peerdt / oft dempich. Equus anhelus, ſuſpirioſus.

Een cleyn peerdeken. Mannus, & Mannulus, equus puſillus, *apud Hor.*

Een magher peerd / magher-harſt / oft magher-hein. Equus ſtrigoſus.

Een ruyn. Equus canterius, *vel* cantherius, cui adempti ſunt teſticuli.

Een telle oft hakenepe. Aſturco, equus toletarius, gradarius.

Een treck-peerd. Equus helcyarius.

Geſadelt peerdt. Equus Ephippiatus.

Hardt-drauich peerdt / dat een harden draf heeft. Equus ſuccudator. Succullarij *dicuntur, qui ſubſultim moleſtè ingrediuntur.*

Hardt in de mondt / oft int gebit. Equus refractarius, duri oris.

Huer-peerdt. Equus meritorius, cõductitius.

On-geſadelt peerdt. Equus deſultorius, *vel* deſultor, à quo facilè deſiliunt inſedentes.

Op een telle gaen. Tolutim incedere. *Aſturcones & Gradarij tolutim carpunt inceſſus.*

Op een drp-slagh gaen. Eſt inceſſus equi tripedarij, diuerſus à ſuperiori. *Iunius exprimens vocem τριπαλον.*

Peerdt dat ſtruyckelt / oft ſtronckelt. Equus ceſpitator.

Poſt-peerdt. Veredus: equus viatorius.

Sacht-drauende peerdt. ὑπόπους, *opponitur* Succullario: *à Seneca* Tolutaris *dicitur, quia tollat volubiliter ac modicè veſtigia.*

Schimmel. Equus glaucus.

Schouwachtigh peerdt. Equus pauidus.

Spring-hengſt. Equus admiſſarius.

Vael peerdt. Equus giluus.

Wagen-peerden. Equi vectarij.

Motus equorum quatuor ſunt, vt Albertus tradit.

Die draff. Trottatio: *à qua Trotones equi dicti.*

Gaen op den draf. Peditatio, Trottationi ſimilis.

Die gangh / voet voor voet gaende. Ambulatio.

Die ſpronck. Curſus qui ex ſaltibus conſtat.

His addit Iunius, ἱππασιαν κυκλοτερῆ, *vernacula lingua fortè* **ronden draf** / *velut* rotundum curſum.

S

Salamander. Salamandra. *Lacerti genus, ſeu ſpecies potius maximè venenata, Crocodilo terreſtri facie perquam ſimilis, licet non ſit ſtellione maior: in igne viuit, eumque extinguit. Ariſtot. Plin. qui hanc rem vt exploratam ſcribunt, cauſam etiam inueſtigarunt, cur id efficiat* Salamandra: *quia corpus habet frigidum, maximeque humidum, quo ſingula quæcunque contigerit humectet, multo magis quàm limaces faciãt, illumq; humorem à corpore diffluentem, vim eam habere, vt ignem extinguat quem attigerit. Animal hoc Germani à maculis & punctis, quibus toto corpore pingitur & diſtinguitur, nominant* **ein maal** / *à pictura, vt videtur, macularum. Vocant & Molch / à lacteo liquore ſeu ſanie, quã irritata emittit, quod Plinius teſtatur, & experientiã conſtat. Durare in igne poteſt Salamandra, ſed breui tempore, Galeno etiam teſte. Si enim diutius manere in eo cogatur, exuritur in cinerem. Et Pierius, Salamandram non modo ardentes prunas non extinguere, verùm etiam è veſtigio emori, experimẽto ſe comperiſſe affirmat in ſua Salamandra. Fabuloſum itaque eſt, igne Salamandram non offendi, quanquã illud Plinianis adhuc temporibus incompertum erat. Illud ſanè admiratione dignum, quod traditur ab Æliano, Sues Salamandra impunè veſci, verùm vbi quis eius Suis, qui Salamandram deuorarit, carnem ederit, præſentaneo eo veneno correptum interimi.*

V

Vos. Vulpes. *Animal notum, fallax, malitiosum, astutum. Vulpes quæ apud nos capiuntur, rutilos habent pilos. Albæ in Hispania reperiuntur: nigræ & albæ in Moschouia, Norwegia, vbi & Vrsi & Cerui candidi, sed rarius conspiciuntur. Sunt & alia Vulpium genera.*

Vool-vossen. Vulpes, quibus gutur est quasi carbonum puluere conspersum, in albo videlicet nigricans.

Vrups-vossen. Alterum genus insigni nota à primo distinguitur. *Nam ab ore per caput, tergum, caudam, recta nigri coloris linea ducitur, tum per reliquum corpus, & pedes anteriores transuersa, ita vt crucis exprimat similitudinem. inde nomen illis est,* **Vrups-vossen** */quasi crucigeræ.*

Vlaeuw-vossen. Tertium genus est, quòd colorem Isatidis aut cœli sereni refert.

Z

Zibet-katte. Zibethi feles. *vide* **Ciuet.** Ciuetta.

AVIVM NOMINA.

A Rend. Aquila. *Regina auium, cui maximus est honos, & maxima vis, testimonio Plinij. Aquila, vt nomen interpretemur, ab acutè videndo dicta, vt nonnullis ex veteribus videtur, vtpote qui Aquilam, quasi aculam, ab acumine dictam asserunt. Alij ab aquilo colore vocem ducunt. Est enim aquilus color fuscus & subniger, ab aqua denominatus. Iniquissima vero circa pullorum educationẽ Aquila est: Alterum enim è duobus quos excluserit, in terram deiectum, pulsu alarum allidit, & alterum tantùm educat fœtu proprio, dum laborem nutricationis fugit, abalienato. Deiecti autem à parente vociferantur, periclitanturque, sed Ossifraga recipit eos benignè, & tuetur & alit, dum quantum satis est adolescant. Aristot. Non æquè omnia tamen Aquilarum genera prolem fastidiunt, sed difficilior in alendo Pygargus est. Diuersa sunt species Aquilarum, permagnæ, mediocres, paruæ. Plinius libro 10. cap. 3. sex Aquilarum species recensẽt, quem potissimùm sequemur.*

Arend/Adeler/*quasi* **Adel-arn.** *Hæc vox Germanis vsitatior est, videturq; composita, quasi* **adel-arn. Een edel arẽt.** Aquila nobilis. *Vt per excellentiam de vero ac nobiliori genere dicatur. In Aquila visus est acutissimus, in illa maximè quæ* Aquila nobilis *vocatur. Alluſit huc Horatius libro primo Serm. Sat. 3. Cur in amicorum vitijs tam cernis acutum, Quàm aut Aquila, aut serpens Epidaurius. Hinc & pullos suos adhuc implumes vngue suspensos radijs solis obijcit, & aduersus solem intueri cogit, quos viderit ceu dignos genere, conseruat, qui verò flexerint obtutum, solisq; fulgorem ferre nequeunt, eos vt adulterinos abijcit.*

Been-breker. Ossifragus, & Ossifraga. *Aquilæ species est, ita dicta, quod ossa ab alto deijciat & frangat. Ab alijs vocatur,* **Steen-breker** */quasi dicas* Saxifraga, *quoniam ossa saxis iniecta confringat. Magnitudo eius, quàm Aquilæ, maior est.*

Vondten Arend. Heteropus, odis. *Aquila est, cuius crura coloribus diuersis insignantur, sinistrum cæruleo, vt rostrum quoque, dextrum fusco albicante. Venter fuscus est, & punctis nigricantibus maculosus, vt pectus etiam & collum, reliquum corpus magis nigricat, oculi subrubent, pars etiam alarum fusca est, & punctis notatur nigris vt venter. Capitis & ceruicis pennæ summæ rigere videntur, & dorsi mitium circa alarum summitates in gibbum attollit.*

Ent-vooder/oft Eent-vlieter. Aquila anataria, *quam &* clangam, plangam, *seu* morphium *appellant, ab anatum cæde, quasi dicas* Anaticida.

Vleck-arend. Aquila Nævia: *sic dicta à macula pennæ, cuius ingenium est testudines rapere, & deiectas è sublimi frangere ad saxa. Æschylus poëta, qui (vt ait Quintil.) tragœdias primus in lucem protulit, tali ictu extinctus est. Nam cùm in loco Aprico sederet, expositus soli, Aquila desuper volitans illius deluſa caluitie, quam lapidem esse putauit, testudinem quam pedibus vncis gestabat, demisit in Æschyli caput, tanquam in lapidem, vt fractæ testudinis carne vesceretur, eoque casu perijt. Valer. Max. lib. 9. cap. 12.*

Visch-arend. Haliæetus: Aquila marina. *Est enim Aquilæ genus in mari victũ quærens. Pascitur & rapina, sed quia vin-*

bus

bus destituitur, minoribus tantùm auibus, quibus prœualet, infestus est. Huius auis esus vetitus est Iudæis, Leuitici cap. undecimo.

Wit-stert. Pygargus. *Genus est Aquilæ, sic dictum, quòd caudam habeat albicantẽ.* παρὰ τὸ πυγὴν ἔχειν, ἀργὴν, καὶ λευκὴν. *Hesychius. Sunt qui putant esse Erodiorum genus: quæ ales coitui infesta est, vt quum mas cum fœmina coire velit, acri dolore oculorum vtrinq; soluantur, ac morientium penè similes abeant. Viuit Aquila longissimo tempore, quod adagium monet: Aquilæ senecta, Corydi iuuenta: Moriuntur autem Aquilæ non senio nec ægritudine, sed fame, in tantum superiore accrescente rostro, vt aduncitas aperiri non queat. Plinius.*

Berck-hoen. Attagas, Attagen. *Docti in Italia hanc auem* Francolinum *aut* Francolinam *nominant, voce diminutiua, à* Franco, *id est,* nobili, *quòd in cibo auium nobilissima delicatissimaq; sit. Germani vocant* een hasel-hoen / *id est,* Gallinam Corylorum, *quòd inter Corylos versari soleat.* Attagenes, *id est,* frangolinos aues, *Romæ Cardinalium cibum appellant. Amatus Lusitanus.*

C

Craepe / winter oft swarte craepe. Cornix, Cornicula. *Cornici vita longissima est, vtpote cui nouem nostras ætates dedit Hesiodus, vbi nouem pro multis accipiendum poëticè. Est autem hyperbole prouerbialis quod Martialis ait: Et cornicibus omnibus superstes, de vehementer annosis, ab auis huius prodigiosa viuacitate sumpta.*

Bonte craepe / oft Schilt-craepe. Cornix varia, cinerea, hyemis nuntia.

Hout-craepe. Cornix fera & agrestis: *maior reliquis est; color ei partim cinereus; ad albedinem vergens; partim fuscus, vt in capite & collo; ala variis mixtim coloribus tincta: degit in Syluis. Peucerus.*

een Roeck. Cornix graniuora: *est rostro albo, cætera nigra. Hanc* σιτοφάγον, frugilegam, *Arist. nominat.*

Steen-craepe. Pyrrhocorax, *id est,* cornix rupium: *quòd in rupibus degat & nidificet.*

Schijr-craepe. *Oceani Germanici accolæ, fortè quasi* clamosas cornices, *vel nomine per onomatopœiam facto, cornices quasdam appellãt, quæ Aquilam marinam sequuntur, & reliquias eius deuorant.*

E

Eendt-voghel. Anas.

De Wooyt. Anas mas. *Auis amphibia, à natãdo appellata, quæ & Græcis* νῆττα *vel* νῆσσα *dicitur, à* νήχεσθαι, *quod est natare.* Cicures, *sunt* anates domesticæ, *& sylvestres seu* feræ, **tamme/ ende wilde eenden**/ *diuersorum generum.*

Een Slupf/Slub. Boscas, anas sylvestris: *est rostro latiusculo, ad quandam cochlearis speciem, minor anate, colore cinereo, nigredine variato.*

Sinkente. Penelops. *Et hæc minor est anate, sed insigne habet puniceo colore collii.*

Een Teeling. Querquedula: minor Boscas. *Per onomatopœiam sic nominata videtur: aut fortassis à* querquero, *id est, frigido & hyemali tempore, quo maximè appareat. Iactas me, vt febris querquera, inquit Lucilius.*

Pijl-steert. Glaucium, *dicta auis ab oculorum colore: habet enim oculos glaucos: paulò minor est anate.*

Spiegel-eendt / een wild blaeuw eendt. Anas fera torquata minor.

Muggen-eendt. Anas muscaria, muscas supra aquam volantes captans.

Stoer-eendt. Anas fera torquata maior, *hoc est,* anas scrutatrix, *quòd rostro fodiens fundum, arenam & herbas, victum sibi perscrutetur.*

Een pijp-eendt. Anas fistularis, *à sono acutiore, quem fistulæ modo emittit, denominata. Tota quidem ponatur anas, sed pectore tantùm, Et ceruice sapit, cætera redde coco. Martial. lib. 13.*

Een Duycker. Mergus, *auis columbæ minor,* ab immergendo *dicta. Victum enim ex aquis conquirit, se immergens.*

Swarte duycker. Colymbus, mergus niger, fulica.

Ijs-duycker. Merg⁹ glacici, *vel* brumalis, *quem &* Mergum varium *appellant,* albo nigroq; distinctus.

G

Gans/Gent. Anser mas.

Goes. Anser fœm. *Anseres bonitate iecoris præstant. Plinius.*

Aal-ganser. Anguillarum deuoratores, anseres qui toti sunt nigri.

Grauw-gans. Est cinereus maior, *qui à colore vulgò* **grauw-gans** *dicitur.*

Est

Est eiusdem coloris ac figuræ minor, qui propter corporis leuitatẽ altius ac longius volat.

Boom gans. Anser Bassanus, siue Scoticus. Anserem arboreum *vocant vulgò. Est Anseri minor, sed eundem tamen voce & formâ referens. Nidificat in mari Scotico, in rupibus excelsis insulæ Bassi.*

Snee-gans/ Hagel-gans. *vulgò* Anseres niuis *siue* grandinis *vocantur: Estque hoc genus Anserum totum album, præter alarum extremas quatuor vel quinque pennas, quæ nigerrimæ sunt. Dicuntur*

Snee-ganseu/ *quòd sub initium hyemis, imminentibus iam nobis niuibus, migrare soleant. Sunt sanè qui Anserem niualem longè viuaciſsimum esse putant, ita vt ætatem maximè longæuam significaturi, vulgò dicant:* **Soo out als een Snee-gans/** *hoc est, tam prouectæ ætatis quàm anser niualis.*

Swemmer-ganseu. Phalacrocoraces: anseres natantes: maculam habent in medio capite. *Hinc fortaſsis nominantur, quia φαλακρὸς existimatur dici, quasi ὁ τὸ ἄκρον ἴχων φαλὸν, id est, λαμπρὸν: aues Balearibus insulis peculiares. A quibusdam* Aquatici corui *appellantur.*

Trap-gans. Tetraon. *Decet (inquit Plinius) Tetraonas suus nitor, absolutaque nigritia, in supercilijs cocci rubor.*

H

Hauick. Accipiter. *Appellatio communis est omnibus propemodum auibus rapacibus. Genera Accipitrum magnitudine, formâ, & venandi modo, inter se differunt.*

Buzart/ Bupsard. Buteo. *Genus præcipuum Accipitrum, à rustica quadam & vili ignauia & tarditate: Nam telo petitum, non ad primum vel secundum ictum, sed vix ad tertium cedere aiunt. Quæ Buteonis pigritia prouerbio occasionem præbuit, quod in homines, aut diutiùs ad mensam aut alibi ociosè desidentes, torquetur.* **Hy sittet als een Busard.** Buteonis instar sedet. *Item,* **Hy is wel te schieten.**

Oupuen-balcke. Accipiter palumbarius, Falco columbarius. *Palumbes imprimis persequitur.*

Smeerlin/ Smeerlin. AEsalo, *vel* AEsalon, AEsalus. *Genus Accipitris, qui soius omni tempore apparet, cùm extèri auolent. In quo Aristoteles à Plinio dissentit, illudque Triochi tribuit.*

Sperwer. Accipiter fringillarius: *qui à recentioribus* Nisus *vocatur.*

Steen-smetzer. Tinnunculus Accipiter. *Qui &* **Wannen-waher** *appellatur, quod alas Tinnunculi extendant, ventilentq; instar ventilabri, quod vannum nominant.*

Wachtel-hauick. Accipiter qualearius, qui coturnices venatur.

I

Ijs-hoghel. Alcyon, & Halcyon: *ab appellata, παρὰ τὸ ἰν ἁλὶ κύειν, quòd in mari pariat, Latinè* Alcedo. *Germani vera Alcyonis appellatione carent. Nam* Ispida *(quæ nomen à sono vocis habet) propriè dicitur* Auis glacialis, **Ijs-hoghel:** *Per hyemem enim apud nos manet, & circa aquarum ripas glacie concretas degit.* Ispida auis *est maximè solitaria, pennarum venustate pulcherrima, colore medio inter viridem & cæruleum.* Halcyones marinæ *raro apparent in littoribus, paulo maiores passere, colore cæruleo, viridi & subpurpureo mixto, rostro longo, tenui & luteo. Idem vtriusque nomen, quod in glaciali hyeme nidificent, pullosq; excludant. Vide Plinium de huius auis speciebus. Nidificant in scopulis maris, & incubare ouis, ac excludere pullos, in media solent bruma: quo tempore mare, tanquam inseruiens illis incubantibus, quietum est & placidum per quatuordecim dies, septem ante brumam, dum scilicet incubant, & septem à bruma, posteaquam pulli excluſi fuerint. Quibus quidem diebus ea tranquillitas non semper quolibet in mari contingit, at in Sicilo mari ferè semper. Plinius. Hinc prouerbium: Halcyonis agis dies: de tranquillam & ociosam vitam agentibus. Nam hi dies, quibus Alcyones incubant, & pullos educunt, dicuntur, ob eam tranquillitatem,* Halcyonides, Halcyonij dies, & Halcedonia, orum.

L

Lijster/ Lijster-hoghel. Turdus. *Auis nota, inter primas, à saporis bonitate, insignis. Martialis lib. 13.*

Inter aues Turdus, si quis me iudice certat,
Inter quadrupedes, gloria prima lepus.

Aristoteles Turdorum tria facit genera.

Viram

Vnum viſciuorum, quod Ariſtoteles ἰξοβόρον, Athenæus ἰξοφάγον nominat: Pica eſt magnitudine, nec niſi viſco atque reſina veſcitur. Hinc prouerbium Turdus ipſe ſibi malum cacat. Siquidem viſco capiuntur aues. Viſcum autem, atteſtante Plinio, non prouenit niſi maturatum in ventre, ac redditum per auium aluum maximè Palumbium & Turdorum. Alterum, Trichada: *Gaza* pilare *vertit. Hoc genus* Auē iuniperorum *vocant, quòd earum baccis paſcatur, magnitudine eſt Merulæ. Germanis* Turdum pilarem *vocant,* **een Kirammetz-voghel/ Wach-holder-voghel.** *Turdi tertium genus,* Iliacum *dicitur, Turdorum minimum, minuſque maculis diſtinctum. Theodorus & Athenæus* ἰλιάδα, *alij* τηλάδα *nominant. Eſt congregale, & Hirundinum modo nidificat: vulgò* **Wijn-droeſſel**/ *quòd uuas veſcatur. In vinetis enim ſub autumnum frequens eſt, & capitur. Eiuſdem generis eſt, quam aliqui* Turdelam *tanquam Latinè nominant: vulgò* **een Droeſſel:** *auis præ cæteris muſica. Eberus & Peucerus,* **een Sang-droeſſel/ Sangh-lijſter**/ *id eſt,* Turdum muſicum, *ad differentiam* Turdi Iliaci *ſuperioris, quem aliqui* **Root-droeſſel.** *i.* Turdum rubrum, *appellant.*

Lepeleer. Pelicanus, Platea: *à cochleari, cuius ſimilitudinem quandam Pelicani habet roſtrum. Pulli Pelicanorum parentes vbi conſenuerint paſcunt, veluti Ciconiarum etiam & Herodiorum pulli, quòd in ipſis nutriendis ſingulari beneuolentia parentes vtantur priùs. Cùm enim aliunde cibus non ſuppetit, eſculenta quæ priùs ederant, euomunt, & ad educandos pullos conuertunt, & ad volandum imperitis ipſis duces ſunt. Ælian. Quæ de Pelicano peregrina aue pictores finxerunt, & à quibuſdā literis prodita, quòd mater roſtro pectus aperiat, ſanguinemque ſuper pullos ſuos mortuos effundat, vt eos viuificet, nullo affirmari experimento poſſunt.*

M

Meerle. Merula. *Auis tota nigra, propter cantum pretioſa, ſed circa ſolſtitium muta.*

Blaeck-meerle. Merula noualis, nouālium: *quòd in nouālibus agris ferè degat, & circa loca paluſtria, roſtro & cruribus oblongis.*

Bruyn Meerle. Merula fuſca, *ex genere Merularum, quæ ſimilis eſt nigræ: ſed fuſca colore, & magnitudine paulò minor, ſaxa incolens, non canora.*

Ringh-meerle. Merula torquata. *Lineam habet albam ſub gutture verſus pectus, quæ totum eius collum ambit. Id genus circa montes reperitur, vocaturq; ab alijs* Merula ſyluatica, *aut* montana.

Steen-meerle. Merula ſaxatilis: *in ſaxis habitans, & propter cantum pretioſa.*

Watermeerle. Merula aquatica. *Veſcitur vermiculis aquaticis: Hanc Turnerus cornicē aquaticā nominat, & in Alcyone deſcribit eam Sturno paulò minorem.*

Witte Meerle. *Ariſtoteles in Hiſtoria animalium, & hunc ſecutus Plinius, teſtantur, quòd* Merulæ *circa Cyllenem montem Arcadiæ, nec vſquam alibi, candidæ naſcuntur. Albicant Merulæ, vt & Monedulæ in Norwegia. In Heluetia quoque captæ ſunt albæ Merulæ, roſtro tamen flauente, quod Geſnerus affirmat.*

Meeuwe. Larus, λάρος: Gauiam *tranſtulit Gaza. Auis auida & vorax. Gauiæ aliæ ſunt albæ, aliæ cinereæ.*

Larus cinereus, *vel* Gauia cinerea, (*plus enim cinerei habet, quàm reliqui*) *circa aquas dulces degit, & ad flumina lacuſque aſcendit, quæruláque ſemper eſt & clamoſa, piſciculos captans, & vermes ad ripas lacuum:* **een Meeuwe.**

See-meeuwe. Larus marinus albus: *in mari circumvolitat, Fulicis coniunctus.* Catarractes, Larus marinus: *maximus in Larorum genere, Miluo ferè æqualis, qui cadaueribus etiam hominum veſcitur. Alij* Mergum magnum *nominant:* **een Scholuer/ Scholfert.** *Eſt & alia ſpecies Lari,* Sterna *appellata, quæ marinis Laris ita ſimilis eſt, vt ſola magnitudine & colore ab illis differre videatur. Eſt enim ille Larus, marinis minor & nigrior. Volat ferè perpetuò ſuper lacus & paludes, nunquam quieſcens, ſed prædæ ſemper imbians. Friſij quoque hanc auem* **Stern** *appellant, eſtque apud illos fuſci coloris, & improbè clamoſa. Vide adagium:* Larus parit.

O

Ooruaer/ Ouwebaer. Ciconia: *Græcis* πέλαργος *dicitur, ab albis nigriſq; pennis: πελὸς enim nigrum, ἀργὸς candidum eſt.*

Cico-

Ciconijs non inesse linguas obseruatum est. Ideoq; earum vocem murmurationi potius esse similem, quàm clangori. Alites hæ parentes, solâ bonitate naturæ, nunquam desinunt; senectutem eorum curant; nec patrem neque matrem errare huc illuc cibi causa patiuntur, & dant operam vt eorum labore pascantur, quos ipsi genuerunt, educarunt-que. Vnde pientissimum illud ἀντιπελαργᾶν usurpatum in adagijs, quod significat mutuã officij vicem rependere, maximè nutricandi fouendique eos, à quibus aliquando fueris enutritus aut institutus. Ciconias non solum in ædium fastigijs & acroterijs, sed in altissimarum quoque abietum verticibus nidificare comperitur, quamuis quonam è loco venirent, quóve se referrent, Plinij tempore incompertum erat. Etenim siue discedant siue adueniant, obseruantes fallunt, quòd nocturnis temporibus vtrumque aggrediuntur: venisse igitur non venire videntur. Ex Africa ad nos vsque proficisci, multorum nõ incerta opinio persuadet. Ante abitum certo in loco congreganur, ex omniq; prouincia omnes in vnum cogumtur, consilia quasi publica de abitione ineuntes, ac commurmurantes, & si quam segnities morata est, aut adulterij crimen conuicit, eam communibus sententijs dispungunt, occidunt-q;.

Swarte Opeuaer. Ciconia nigra. *Reperitur in montanis & syluosis Heluetiæ locis circa Eremum D. virginis, circa Lucernam oppidum, & alibi. Forma & magnitudine à Ciconijs propriè dictis non differt.*

P

Paradijs-vogel/lucht-vogel. Paradisea vel Paradisi auis, *quam Gesnerus* Apodem Indicam *appellat: magnitudine est Turdelæ, miræ leuitatis, pennas habet tenuissimas, cauda & alis in orbem extensis, cùm pedibus careat, haud dubium est, sponte sustineri: vicissitudo etiam, si quid est lassitudinis, illam excutere potest. Cibum ei nullum esse putant præter cœli rorem, qui simul sit cibus & potus. Sunt qui nominant,* een **Lucht-vogel** / auem aëris, *siue quòd in aëre semper ferè degat, siue quòd eo etiam viuere vulgò credatur. Sunt & aues Paradisi dictæ, non quia ex paradiso veniant, sed ob insignem pulchritudinem, qua ita excellunt, vt nullus eis color deesse videatur. Captæ gemere non desinunt, nisi in libertatem restituantur. Super Nilo habitant, qui de Paradiso profluere perhibetur, rarè alibi repertu.*

Pellecaen/ *vide* **Lepeler.**

Phenix. Phœnix. *Arabiæ auis nobilissima, solitaria, Aquilæ magnitudine narratur, auri fulgore circa collum, cætera purpureo, cæruleam roseis caudam pennis distinguentibus, cristis capu: que plumeo apice coronestante. Extat de hac aue Epistola regis Æthiopiæ ad Pontificem Romanũ, quam Cosmographiæ suæ Munsterus inseruit his verbis. In terra mea est Phœnix auis, cuius anni vitæ sunt trecenti: Hæc prope finem vitæ tam altè cœlum versus euolat, vt à sole accendatur: Tum descendens & nido suo se ingerens, totus comburitur: E cinere verò subnatus vermis, in aliam eiusdem generis auem excrescit. Et Ouidius 15. Metamor. Vna est quæ reparet, seque ipsa reseminet ales, Assyrij Phœnica vocant, &c. Vide omnia quæ de Phœnice, seu fabulosè, seu verè prodi solent, apud Lactantium, in carmine inscripto, Phœnix.*

R

Reigher. Ardea: *dicta videtur quasi ardua, quòd altè volet. Nam cùm tempestatem præsentit, altè supra nubes volare dicitur: Item, cùm accipitrem fugit. Estque diuersorum generum auis.*

Blauwe ofte grauwe Reigher. Ardea pulla, cinerea, *vel simpliciter* Ardea: auis Diomedæa.

Witte Reiger. Ardea alba, Leucon: *ab albedine dicta.* Ardeola pelas *appellata, quòd non ita in altum volat, ab aduerbio πέλας, propè, quæ Græcis ἰρωδιὸς dicitur: ea de coitu ita angitur, vt sanguinem ex oculis emittat. Grammatici dictam volunt παρὰ τὸ ἐν ἕλεσι διατρίβειν, quòd in paludosis & humidis locis versetur, quasi* helodium *dicas.*

Bunte Reigher/ Puttoot / Roerdump. Ardea stellaris minor, *Græcis ἀστερίας, quòd punctis tanquam stellis eleganter picta distinctaque sit. Recentiores* Butorium *vocant, & cum Onocrotalo hæc Ardea ab imperitis confunditur; quoniam vt Onocrotalus vocem absonam & horribilẽ emittit. Vide infrà* **Vogel-rein.**

Riet-reigher. Ardea arundinũ: *quod inter arundines degere soleat, à diuersa facultate*

quem

quem edit : aliquando enim roſtro in cauo aliquo terræ inſerto ſonat, alij arundini alij aquæ roſtrum cum mugit inſerere eum putant. Sunt qui aquam roſtro haurire dicant, & rurſum emittere. Ardea quoddam genus compoſitum videtur ex ardea pella & ſtellari. Id Geſnerus appellat Ardeam ſtellarem maiorem.

S

Sneppe. Ruſticula, perdix ruſtica maior, Gallinago, ficedula. Ficedulam *appellant* **Sneppe** *quòd auidiſſimè hiantibus faucibus muſcas captet & culices. De alia verò Ficedula ſenſiſſe videtur Martialis quod ſcripſit lib. 13. Quum me ficus alat, quum paſcar dulcibus uuis, Cur potius nomen non dedit uua mihi? Geſnerus hanc auem Curruca vel atricapillæ ſimillimam ſcribit, aut potius Erithacum eam eſſe.*

Hout-sneppe. Ruſticula ſyluatica, menſarum delicijs maximè nobilis.

Poel-sneppe. Ruſticula minor: Gallinago minor, *ad ſtagnorum crepidines frequens auicula:* Delicias menſarum, & Heroum dapes *vulgò nominamus.*

Strups' vogel strups. Struthocamelus, *non* Struthiocamelus, *inquit Geſnerus: Latini recentiores* Struthionem *vocant. Auis Libyca prægrandis, crura ei alta, ſimilia cruribus Camelorum. In altum porrigit caput quidem exiguum, ceruicem verò magnam & proceram, molles plumæ, vngula fiſſa, magnitudine propemodum bubuli.* Struthocamelus *ambiguus eſt inter terreſtria & aëria. Verè enim volucris non eſt, quæ nequaquam propter vaſti corporis magnitudinem, vt volucris, tollere ſe humo poteſt: Pennæ autem alæq; illi ob id tantùm à natura datæ vt curſum adiuuent: pernicißimè enim currit, vt ex Xenophonte liquet. Magnæ ſtoliditatis auis: Nam cùm auium ſit grandißima, ita vt altitudinem equitis equo inſidentis excedat; tamen ſi colla tantum fruticibus occultauerit, latere ſe totam exiſtimat, cum reliqua magna admodum corporis moles in aperto relinquatur. Quanquam Diodorus id non ex ſtupore fieri contendat, ſed quia ſit ſibi conſcius, habere ſe caput admodum debile, occultare id quamprimùm ſtudeat. Ferrum concoquere aiunt, quod ob caliditatem vehementem, & ventriculi contingit craſſitudinem. Abſurdum id penitus eſſe Cardanus probat. Idem affirmat Albert. Ferrum, inquit, à me pluribus huius generis auibus obiectũ eſt, quod illæ deuorare noluerunt: oſſa tamen magna in breues partes truncata, & lapides auidè comederunt.*

Swane. Cygnus. *Ab Ariſtotele dicitur* καλλίπαις *&* πολύπαις, *quia plures producat & ſpecioſos fœtus. Item* εὔγηρως, *quòd ad ſenectutem ſatis commodè & non grauem ſibi perueniat. Latini* Olorem *dicunt. Iunius* **Ijupler** *eum propriè dicti putat, à querula voce. Secundum alios* Olor, *quaſi* ὅλος ὠρᾶος, totus pulcher: cygnus, *à* κνκάω, *id eſt,* fodere, *vel* turbare, *quòd* cœnum, *alimentum quærens, præ cæteris auibus aquaticis turbare ſoleat. Morituri ſuauiter canunt, quod tamen ſine experimento certo aliquo de ijs proditur. Martialis lib. 13. Dulcia defecta modulatur carmina linguâ Cantator Cygnus funeris ipſe ſui. Hinc Cygnea dicitur cantio, quicquid vel in Eloquentia vel doctrina alicuius ſenis, ſedatum, ſuaue & elaboratum eſſe videtur. Cygnum canentem pauciſſimi audiuerunt, etiamſi vulgatior fama tenet, ingruente fatali momento, vt inquit Cælius. Ælianus lib. 1. hiſtoriæ variæ: Ego Cygnum, ait, nunquam audiui canere, fortaſſe neque alius.*

V

Valck. Falco. *Auis ex accipitrum genere, dicta, quòd vngues more falcis habeat introrſum flexos. Feſtus.*

Bergh-valck. Falco montanus.

Boom-valck. Dendrofalcus, *ſeu* arborarius falco.

Blauw-voet-valck. Falco, cui pedes cærulei ſunt: Cyanopoda *dixeris.*

Cool-valck. Carbonarius falco, niger.

Groote oft gier-valck. Falco magnus. Hierofalcus, *quaſi ſacer Falco: quod nomen magnitudinis & virium ergò meretur.*

Hoger-valck. Falco gibboſus: quòd breuitate colli & alis eminentibus, inſignis gibbo videatur.

Roode-valck. Falco rubeus: *ex numero maiorum eſt Falconum, qui cùm mactilentus eſt, melius aucupatur.*

Steen-valck. Lithofalcus.

Witte valck. Falco albus: *à pennis albis.*

Vogel-vein. Onocrotalꝰ *Græcis vocatur,*

propter

nomen factum videri potest. Et Germani adeò **Vicken** *dicunt, pro tundere vel pungere, vt aues rostro solent.*

L

Lampzep. Lampetra, Mustela, *vel* Lāpreda: *Piscis lubricus, colore cæruleo, septem paruis fistulis, mirabili ordine distinctis, acceptam aquam remittens, quem alij* Mustelam stellarem *vocant.* Lampetra *dictus est à* lambendis petris, *quòd integrum ferè diem, ore succiso, denticulis circũuallato, saxis quemadmodum & picatis nauium clauis sic inhæreat, vt ea lambere videatur.*

M

Mosselen. Conchæ, Conchylia. *Sed* Conchylium *nomen est generale omnibus Cõchis. Illud autem Concharum genus, quo littora oræque maritimæ apud nos scatent,* Mitulos *vocant,* μύαχας. *Nam* μύαξ *Concha species est, Latinè* Mitulus. *Conchylium tamen nec buccinum est, nec purpura.*

O

Oesteren. Ostrea, æ: *Pisces biualuij, testa duriore contecti, Concharum generis nobilissima, atque inter lautissimos recepta cibos.*

P

Pieterman. Draco marinus, *quem* Araneum *Plinius vocat. Piscis est littoralis, noxiam in dorso spinam ferens. Plin. lib. 9. cap. 48.*

Pijl-steert. Pastinaca. *Piscis marinus, caudam habet oblongam, & in ea aculeum seu radium, quo nihil est venenatius. Græcis* τρίγων *dicitur, est planus cartilagineus, læuis, sine squamis aculeáq; in toto corpore præterquam in cauda, in qua aculeũ (vt dictum) habet. Germani inferiores vocant* **Pijl-steert**/ *quæ vox sagittæ caudam significat, id est,* caudam sagittatã. *A quibusdam appellatur* Raia venenata. **Stekel-roche.** *Ab aculeo siue radio in cauda venato. Venatu detenta, spinam quã in cauda gestat, in raptorem iaculatur, ictu maximè letali, nisi coagulo leporis vel hœdi vel agni drachmæ ponderis ex vino succurratur.*

Posch/**Post.** Porculus, Porcellus. *Piscis est Porcum mentiens, continente spinarum serie ad modum setarum, capite & cauda eidem animali non dissimilis. Gesnerus* Cernuám *appellat.*

Q

Quappen. Holothuria, orum: *aqualiũ sunt, minimùm sensus ac motus habentia, quæ cibis idonea non sunt, sed in litoribus neglecta iacent.*

R

Roche. Raia. *Piscis plurimorum est generum: Græci* βάτον *vocant, ex eo quod eius cauda aculeis quibusdam armata sit, ad similitudinem rubi sentis, mora agrestia ferentis, qui Græcis* βάτος *dicitur. Piscis est planus cartilagineus, fœcundissimus, fœcunditatis causa est, quod fœtus eius propter aculeos à paucis piscibus deuorari potest. Germani* **een Roche** *nominant, ab asperitate forsan: nam* **Rupch**/ *nobis asperum est.*

Glatte Roche. Raia læuis.

Kamelot Roche. Raia vndulata, *siue* Cinerea læuis. *Species prima, à maculis vndarum modo flexuosis.*

Steern Roche. Raia asterias, stellata: *à stellularum muricupata pictarum specie.*

Nagel-Roche. Raia clauata: *ab aculeorum magnitudine & similitudine cum clauis æreis aut ferreis.*

een Bleet/**Snuptert.** Raia oxyrynchos: *ab acumine rostri: corpore maximo, quam vaccam vulgo vocant.*

Spieghel oft Ooghen-Roche. Raia oculata: *à maculis oculorum figuram referentibus appellatur. In vtroq; enim latere magnam maculam habet oculis similem.*

S

Salm. Salmo. *Piscis ille generosus fluuiatilis est, si recens sit: sin salitus,* **Lachs** *dicitur. Vocabulum à sale deductum videri potest, quod hi pisces in magna copia salis, vel sale muriaq; imeterari soleant, in tonos conciti.*

Lachs. Esox salsus, infumatus. *Putant* **Lachs** *dici, quasi* Lassum, *à langiditate.*

Jonghe Salm. Salar: paruulus Salmonis fœtus.

Half-wassen Salm. Sario, onis: mediæ ætatis Salmo.

Scharde / Scharre. Rhomboides, à Rhombo paululum differens.

Schelluisch. Asellus callarias: *Dictus autẽ* **Schelbisch**/ *à scabra cute, vel squamata, quia* **Schelle**/ **oft Schelffe**/ squama *est. Etenim squamis densis cau-*

contextus est: piscis mari peculiaris, ex Asellorum genere, sed minor.

Schip-beletter. Echeneis: *dicta ἀπὸ τοῦ ἴσχειν τὰς ναῦς: à retinendis nauibus. Latinis ab eodem effectu* Remora, *à Plauto* Remiligio *vocatur: quia nauibus adhærens, remorari eas creditur. Aristoteli & Plinio paruus est piscis, non maioris quàm pedalis magnitudinis, limacis magnæ similis, nauigia stare cogit, nullo suo labore, nec alio modo quàm adhærendo carinæ, cui pinnas applicans, & in transuersum dilatans, nauis citissimæ cursum moratur. Gesnerus talem vim* Lampetræ *adscribit, ac Romam proficiscens, id se expertum testatur. Imago est infirmitatis humanarum virium quæ à lenissimis etiam creaturis, infringi & euerti possunt.*

Schoen-maker/Zeelt/Slije. Tincta. *Piscis est palustris & fluuiatilis. Ex recentioribus quidam* Teucam *aut* Thincam *eum nominant:* Tinca *magis arridet, quasi tincta: colore enim à plarisq; aliis piscibus multum differt, & viridi nigricante quasi tincta videtur. Ausonius.* Quis non & virides vulgi solatia tincas Norit. *Hanc natura ipsa videtur in vulgi pauperisq; plebeculæ solatium protulisse.*

Scholle/Platdijs. Passer piscis. *Passeres à colore passerum auium dictos putant, parte enim supinâ candidi, pronâ verò terrei coloris sunt. Passerem Ausonius* Platessam *dixit. Nos* **Platdijs** *nominamus, à Græco* πλατὺς: *est enim de genere planorum & latorum: aliqui appellant* **Scholle.** *Quod nomen ad soleas tantùm pertinere, vt & nomen præ se fert, putatur.*

Scholle/oft Tonghe. Solea: *à figura soleæ, quæ solo pedis subiicitur. Piscis planus, tenuis, longiore contractioreq; corpore quàm Passer, ita vt Passer inter Soleas & Rhombos medius sit, pedali magnitudine, supinâ parte candidâ, pronâ nigricante, in qua oculi insunt, ore incuruo sine dentibus. Vocant alij* **Scholle**/ *alij* **Tonghe.**

Spierinck/ Stinck-visch. Apua cobitis, vel Aphya: *Dicta Aphya ὡς ἄμα ἀφύης ἔχειν, quasi non nata, teste Athenæo. Sunt minutissimi pisces, ex spuma maris apud Batauos copiosè generantur, vbi post diuturnas siccitates copiosi imbres ingruunt.* Apua vera *vel* Aphya *Aristoteli* ἀφρίνη, *Athenæo* ἀφρύη *dicitur, neque enim gignit, neq; gignitur, sed ex spuma & originem & nomen habet: ἀφρὸς enim spuma est.*

Spyot. Apua infumata, Halecis soboles.

Steur/ Stoer. Accipenser, *qui vulgò* Sturio *dicitur: vel* Aquipenser, *ab acuta rostri figura porrecta, estque corporis trigonâ specie. Cibi parum aut nihil admittit Sturio, cùm sola aëris tranquillitas ad cibum ei sufficiat. Hinc celebre apud nos prouerbium in hominẽ nullius aut parcissimi cibi: Aere eum vesci instar Sturionis:* **Hy leeft hy die windt als een Steur/** *hoc est, vore pascitur aut victitat.*

Spuytser/ die water wt de zee op blaset. Physeter. *Belua marina admirandæ magnitudinis, ex genere Balænarum, à quo ἆμ, quòd aquas in altum reflet, & sibilum quem flatus suo meatu, præsertim per angustum eluctans, edat: Et quia vndas capite emittit & eiaculatur. Maximum igitur terrorem nauigantibus incutiunt Physeteres.*

T

Tonghe. *Vide suprà* **Scholle.** Solea linguaca.

Tumelaer/meer-swijn. Delphin, Delphinus: Sus, *vel* Porcus marinus. *A mirabili agilitate, qua se in maris superficiem sæpissimè vibrat,* **Tumelen** *vulgò dicitur. Estq; inter omnia animalia terrestria & marina velocissimus, quippe qui malos etiam nauigiorum maiorum supersiliat, perinde ac sagitta pernix. Constat autem vnicuique maris accolæ, quanta se velocitate Delphini iaculentur, quæ cùm referuntur, incredibilis habetur ijs qui non spectarint. Belua hæc marina est* φιλάνθρωπος, *& incredibili erga homines, præcipuè impuberes, affectu, illisq; colludere gestit, ac minis biandimentis gratificari. Plerisque mortalium, extremo vitæ periculo in mari laborantibus, ab animali hoc sponte auxilium allatum, multis exemplis confirmat Plutarchus, Delphinum natura, terra procul, adeò violentum, pernicem, atque agilem esse iussit, vt velocitate cuncta animalia superet. eundem autem simulatque terram attigerit, vix in arenam exceptum, confestim emori.*

V

Vijf-voet. Stella. *Piscis marinus, sic dictus à stellæ pictæ specie: habet enim quinque radios, qui ex multis particulis tanquam ex multis vertebris componuntur, vt in aqua*

mobiles eſſent, in quarum medio oris ſitus eſt & quinque dentium. Sunt multæ earum differentiæ, de quibus copiosè Geſnerus.

Vooren. Trutta, Truta, Forio. *Piſcis hic* Varius, *&* Variolus *aliàs dicitur. Hatũ aliæ ſunt fluuiatiles, aliæ lacuſtres.* Trutas, *inquit Platina, à* trudendo, *quaſi truſiles, linguâ vernaculâ dictas putat: ſemper enim in aduerſum & impetuoſum flumen Truta nititur, aduenientes vndas ſuperare contendens. Germanicum nomen* **Vooren** *ab igne factum videri poteſt, quaſi* **Vuyren**, *à rutilantibus igneo colore maculis. Vnde &* Varius *à punctorum varietate nominatur, vel à voracitate: aliqui enim* Truttam *appellatam volũt, quaſi* troctam, *quod Gracis voratem ſignificat.*

VV

Waluiſch. Balæna. *Belua marina, qua & Cetus, vel Cete neutr. plurale: Piſcis Cetaceus omnium aquatilium maximus. Balænam à βάλλειν, quod aquas emittat, dictam putant. Melius autem quaſi φάλαινα, hoc eſt, beluam conſpicuam, propter maculas albas quibus ſplendet. Naues euertunt Balænæ vel Ceti illi, niſi ſono tubarum, aut miſſis in mare rotundis & vacuis vaſis, abſterreantur.*

Wijtinck. Aſellus mollis. *Eſt hic Aſellorum è genere molliſſimus omnium.*

Z

Zee-haen. Lyra, Gallus marinus.

Zee-haes. Lyra altera, lepus marinus: *à longiuſculis cirris ſub branchijs, tanquam auriculis, dictus videtur. Veterum Lepus marinus erat venenatus.*

Zee-hond/ Zee-kalf. Phoca: *Nomine ducto ex βόαω, ob boatum vel mugitũ quem per ſomnia edit. Belua marina corio & pilis tecta, vnde &* Vitulus marinus *appellatur,* **Zee-kalf.**

Zee-wolf. Lupus marinus: *Appianus* Feram marinã *dixit, vulgus vernaculâ lingua nunc* Lupum marinum, *nunc* Canem *nominat.*

Zee-coninck. Mullus, Barbatus. *Varr. Adr. Iunius.*

De marinis & fabuloſis aliquot Poëtarum monſtris.

Meer-man/ Zee-man. Homo marinus, *qui &* Triton *dicitur, de quo Virgil. Frons hominem præfert, in piſcem deſinit aluus. Eſt monſtrum marinum, à capite ad vmbilicum homo, inde Delphinus, & tanquam ἰχθυοκένταυρος, id eſt, ex piſce Centaurus. Eugenio quarto Pontifice apud vrbem Sibinicum in Illyrico captus eſt marinus homo, qui ad mare puerum trahebat. Is à currentibus, qui rem aſpexerant, lapidibus fuſtibuſque vulneratus, in ſictum retractus eſt. Huius effigies penè humana, niſi quod cutis anguillæ erat ſimilis, & in capite duo parua habebat cornua. Manus quoque duorum tantùm digitorum formam exprimebant. Pedes autem in duas veluti candas finiebantur, à quibus ad brachia ala, ut in veſpertilione, extendebantur. Baptiſta Fulgoſius. Anno* 1546. *captum eſt monſtrum marinum in mari Balthico, non procul ab Hafnia Danici regni metropoli, caput, collum, humeri, thorax, humanâ ſpecie, caput raſum, vt monachi, de collo humeros, thoracem, cucullus quaſi pependit, qui niger & rubris maculis fuit variatus. Vnde monachi ipſi nomen impoſuerunt. Monſtrum ad regem delatũ, & obrauitatem & miraculũ aſſeruatum eſt. Aliud illo mirabilius captum eſt in Polonia Epiſcopi habitu anno* 1531.

Zee-ioffrouw/ Meer-minne. Siren. *Sirenes Poëtis mõſtra ſunt marina, ſupra aues, (nõ piſces) ſuperius homines virgines facie. Ouidius. Monſtra maris Sirenes erant, quæ voce canorâ, Quaſlibet aduiſſas dementẽt rates. Sirenes igitur inter aues commemorandæ ſunt, quia aues ſunt monſtroſæ, tametſi & marinæ horrendæ monſtra legantur, quæ alicubi dicũtur* Virgines marinæ. *Plinius aues fabuloſas eſſe putat. Huic aduerſantur Gaza & Trapezontius, qui eas in mari ſe vidiſſe affirmant. Sirenem mortuam ſpectaculi cauſa Genuam ſectam aduexiſſe fertur Philippus Archidux Auſtriæ anno* 1548. *Duos item Satyros vidi, alterum puerili ætate, alterum virili.*

Meer-wijf. Nereis: *Nereides belluæ ſunt marinæ, toto corpore hirſutæ, ſpeciem aliquã habẽtes homini conformem, appellant* Mulierculas marinas, **Zee-vrouwen.** *De Nereidibus quod fingitur, non omnino fabuloſum eſſe Plinius ſcripſit lib. 9. cap. 5. Et in littore Oliſiponenſium ſpectatã fuiſſe, cuius morientis etiam cantum triſtem accolas longè audiuiſſe narrat, ſuamque opinionem pluribus ibidem exemplis confirmat.*

Water-peerdt. Hippopotamus. *Quadrupes eſt, monſtri aquatici ſpeciem referens, ſed*

ſed marinus non eſt. Nilo tantùm gaudere legimus. Byzantini modò Porcum, modò Bouem marinum appellant, dorſo iubaq; equum refert, inſuperq; hinnitu, quemadmodum Plinius tradit.

Zee-peerdeken. Hippocampus: ab ἵππος equus, & κάμπη, flexura. Equinum caput & collum gerit: corpus autem Erucæ, inquit Bellonius. Sunt qui pro certo velint Hippocampum eſſe piſciculum illum, vel potiùs marinum monſtrum, qui Draculus quibuſdam dicitur, alijs Equiculus marinus.

Chimæra, monſtrum poëticum triforme. Ante Leo, retroque Draco, mediumque capella: vt in verſu Heſiodi eſt: flammas ex ore & naribus expirans. Re vera, (inquit Seruius, illud Virgilij lib. 6. explicans: Flammiſq; ornata Chimæra,) mons eſt Chimæra Lyciæ, cuius hodie ardet cacumẽ, iuxta quod ſunt Leones, media autem paſcua ſunt; ima verò montis, Serpẽtibus plena. Hunc Bellerophon habitabilem fecit, vnde Chimæram dicitur occidiſſe. Alij longè aliã monſtri figmẽtiq; interpretationẽ afferunt, quã copioſè explicat Natalis comes in ſuis Mythologijs.

Griffoen/vogel-grijp. Gryps, Gryphs. Animal quadrupes, pennatum, auritũ, omni ex parte Leo, alis & facie Aquilis ſimile. Animal Plinio autore fabuloſum. Mela in deſcriptione Scythiæ Europæ: Gryphi, inquit, ſæuum & pertinax ferarum genus, aurum terra penitus egeſtum mirè amant, mireque cuſtodiunt, & ſunt infeſti attingentibus. Ioannes de Monte villa ſcribit, corpus magni Gryphis maius eſſe octo Leonibus, bouemq;, equum, vel hominem etiam armatũ occidere, plenoque volatu illum auferre poſſe. Vngues eius tanquam cornua bouis eſſe, è quibus magni pretij pocula fiant, vt de pennis eius arcus rigidi, & miſſilia, & ſagittæ ad iaculandum aptæ. Sed rerum ſcriptores dubitant, an huius imaginis animal inueniatur. Plin. lib. 10. ait: Pegaſos equino capite volucres, & Gryphos auritos, aliũcitate roſtri, illos in Scythia, hos in Æthiopia fabuloſos reor. Quanquam idem tamen lib. 33. c. 4. apud Scythas ait aurum à Formicis & Gryphibus erutum. Sed hoc ait ex vulgatæ hiſtoriæ opinione. Nã illud Virgiliani Eclog. 8. Iungentur iam Gryphes equis: nihil aliud ſibi vult, quàm euẽturũ, vt ea quæ minimè fieri poſſunt, protinus fiant. Aëria quippe animalia, cum terreſtribus eidem iugo ſubmittere, natura minimè patitur.

Harpijt/roof-vogel. Harpyia. Harpyias aliqui fabulantur in Thracia fuiſſe corporibus vulturum, auribus vriſorum, facieibus virgineis, fuiſſeq; alatas, & humanis brachijs & pedibus, ſed vnguibus monſtroſis vultures referentibus. Sunt monſtra rapacia & obſcœna, vt liquet ex 3. Virg. Æneid. Dictæ ſunt Harpyiæ ἀπὸ τῦ ἁρπάζειν, à diripiendo, quod omnia ſecum raperent, quanquam quæ relinquebant, ita tetro & fœtido excremento inquinabant, vt fœtor omnino perferri nõ poſſet. Vis igitur nominis indicat, eas ab effectu nominatas: nam Harpyia rapacitatẽ notat, vnde harpax & harpagare verbum apud Plautum. Et Suidas ait ἁρπακτικὸς δαίμονας εἶναι. Sidonius Apollinaris pro cruẽtis ſanguinariſq; raptoribus, qui pecunias vel immoriãtur, Harpyias vſu paſſe videtur. Alij mulieres fuiſſe aiunt, in luxum prodigas & ſumptuoſas.

Vlieghende Peerdt. Pegaſus equus. Fingitur alatus, ex ſanguine Meduſæ ortus, dum eius caput deſecaret Perſeus. Qui ad montem Parnaſſum aduolãs, quum terram vngula pedis effoderet, πηγὴν, id eſt, fontem produxit, à quo ipſe Pegaſus cognominatus eſt. Anſelmus de imagine mundi, huic equo quædam addit: dicit illi cornua eſſe, cumque igneum habere anhelitum, & ferreos pedes, vt totus monſtro ſit ſimilis: ſed hæc ab alio nemine traduntur. Fulgentius Pegaſum interpretatur æternũ fontem, quia fama egregiorum hominum indeficiens eſt.

AD ZOILVM.

Scripſimus hæc patriæ celebrantes commoda linguæ,
Ne deſint Verbis lauſq; decuſq; ſuis.
Confugite in proprias procul hinc exotica terras:
Omnia Teutonicus ſermo referre poteſt.
Tu quoque cum Verbis peregrinis Zoile abito:
Nil nobis tecum: da quibus illa placent.

Orthographiæ Latinæ Querimonia.

OLim Orthographiæ causâ lis nulla Latinis,
Aut si parua fuit, paruo est finita tumultu,
Dum patriam vnanimes linguam coluêre periti;
Atque vsum penes arbitrium, ius, normáque mansit.
Nunc ah nunc quàm dira animis discordia gliscit,
Postquam me nimio certatim ornare nitore
Perstudiosa cohors, votis contraria, cœpit!
Quæ non arma malo sunt suppeditata furori?
Hic veteres magno lapides conamine profert,
Marmoreas moles, cippos, pylásque volutat,
Audet & intrepidus vastas motare columnas;
Exesa ast illi est rubigine lamina præsto:
Bractea scabra alijs, numíque ex ære vetusti,
Membranæ putres, maculis fœdata papyrus,
Et libri, quorum fugientes litteræ, & annis
Extritæ, ambiguæque notæ, turpésque lacunis,
Absurdo sensu, dubijs, mendísque redundant.
Postquam adeò sæuis cœptum est certarier armis;
Cordatè à doctis intercessum fuit: vnde
Gratia Tortelli merito tibi magna, deinde
Et Despauterio, Vallæ, Villichio, & Aldo,
Nemio, & arte bonis, quotquot sunt, semper agetur.
Hinc equidem certam cœpi sperare quietem:
Verùm spes hæc me, pacísque fefellit amantes.
Namque animis hæsit multorum praua simultas,
Qui noua præfractè meditando prælia, rursum
Diram funesti præbent certaminis ansam.
Tali autem satagens maturè occurrere noxæ,
Orthographos omnes obtestor & obsecro, pacem
Anteferant bello, nec seditionibus instent:
Et parui faciant, insueto littera more
Si tollatur ab his, aut adiiciatur ab illis,
Mutetúrve frequens; eadem modo dictio constet.
Accentus, apices, diphthongos, denique quidquid
Esse superuacuum, paruíque putabitur vsus;
Hebræis, Græcis, quorum hæc inuenta, relinquant:
Hisce nec vtantur, nisi cùm res postulat, aut cùm
Tollendi causa dubij, hærentémque iuuandi
Lectorem, in primis censebitur esse necessum.
Hæc sunt Orthographos paucis quæ scire volebam.

Ludebat Corn. Kil. D.

BIBLIOTH. ACADEMIAE LAUSAN.
LIBERTAS ET PATRIA

APPROBATIO.

In hoc elaboratiſsimo Dictionario Teutonico-Latino, Collectore & interprete Cornelio Kiliano Dufflæo, in humanis literis verſatiſſ. quod vel Catholicæ S. Rom. Eccleſiæ Religioni, vel bonis moribus, aut Regiæ Maieſtati contrarium ſit, continetur nihil: imò quàm vtiliſsimum & digniſsimum eſt vt & imprimatur & legatur: Quod hac mea ſubſcriptione atteſtor. Datum Antuerp. Anno M. D. LXXXVIII. IX. Kalend. Octobr.

D. Henricus Zibertus Dunghæus, S. T. D. Librorum Cenſor, Canonicus Cathedralis Eccleſiæ Beatæ Mariæ Virginis Antuerp.